cōtemplationis erectā cum dixit qui est misit me ad vos Sed nōdum habes forte cōtemplationem: noli deficere noli despare: qui est voluit eē homo vt tu es: ⁊ iō secutꝰ ait moysi quasi expauescenti nomē Qd nomē: Qd est est Et dixit inqt dñs ad moysen ego sum deꝰ abrahā ⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob: hoc michi nomē est in eternum Noli de te desperaē qꝛ dixi ego sum qui sum et q̇ est misit me ad vos: qꝛ tu mō fluctuas ⁊ mutabilitate rerum ⁊ varietate mortalitatꝫ humane ꝑcipere non potes qd est idipsum Ego descendo qꝛ tu venire non potes: ego sum deꝰ abraham et deꝰ ysaac ⁊ deus iacob In semine abraham spera aliquid: vt cōfirmari possis ad vidēdū qui venit ad te in semine abrahe Ergo hoc ē idipm de quo dictum est mutabis ea ⁊ mutabūtur tu aūt idem ipe es ⁊ anni tui nō deficient Ecce idipm cuiꝰ anni nō deficient Frēs: nonne anni nostri cotidie deficiūt. nec stant omnino: Nam et qui venerūt iā non sunt: ⁊ qui futuri sunt nōdum sunt Iā illi defecerūt et illi defecturi venturi sunt In hꝫ ergo ipo vno die frēs ecce mō loquimur in momento est. ꝑterite hore transierunt. future nōdum venerūt ⁊ cū venerint ⁊ ipe trāsibūt ⁊ deficient Qui sunt anni qui nō deficiunt nisi q̇ stāt: Si ergo ibi anni stant. ⁊ ipi anni qui stant vnus annꝰ est. et ipe vnus annus qui stat vnus dies ē. qꝛ ipe vnꝰ dies nec ortum habet nec occasuꝫ. nᶜ inchoatur ab hesterno nec excluditᶻ a crastino: sꝫ stat semꝑ ille dies ⁊ qd vis vocas illuꝫ diem. si vis anni sē. si vis dies est: qdcūqꝫ cogitaueris stat tñ ipiꝰ stabilitatis ꝑticipat illa ciuitas cuiꝰ ꝑticipatio est in idipm. merito ergo qꝛ illius stabilitatis fit ꝑticeps dicit ille qui illuc currit stantes erant pedes nr̄i in atrijs ihr̄lm Omnia enim ibi stant vt nichil trāsit Vis ⁊ tu ibi stare ⁊ nō transire: Illuc curre: idipm nemo habet ex se Intendite frēs corpꝰ habet. nō est idipm qꝛ non in se stat Mutatur ꝑ etates mutatur per mutationes locoꝝ ac tpm mutatur ꝑ morbos ⁊ defectꝰ carnales Non ergo in se stant corꝑa celestia nō in se stant hñt quasdā mutationes suas ⁊ si occultas: certe de locꝭ in loca mutātur Ascendunt ab oriente in occidentem: ⁊ rursus circueunt ad orientē Non ergo stant: nō sunt idipm Aiā humana nec ipa stat Quātis em̄ mutationibꝫ ⁊ cogitationibꝫ variatur quātis voluptatibꝫ īmutatur quātis cupiditatibꝫ diuisatur atꝫ distenditur Mens ipa hominis que dicitur racionalis mutabilis est non est idipm. mō vult. mō non vult mō scit mō nescit modo meminit modo obliuiscitur Ergo idipm nemo habꝫ ex se Qui voluit ex se habere idipꝫ vt quasi ipe sibi eēt idipm: lapsus ē Cecidit angelus ⁊ factus est dyabolus: ꝓpinauit homini superbiam. deiecit secum inuidentia eum q̇ stabat Isti sibi voluerunt idipm esse. sibi principari: sibi dominari voluerunt Noluerunt habere vere dominum q̇ vere est idipm: cui dictum est mutabis ea ⁊ mutabuntur tu aūt idem ipe es Iam ergo post tantum languorem post tātos morbos. difficultates labores redeat anima humiliata ad idipm: ⁊ fit in illa ciuitate cuiꝰ participatio eiꝰ in idipm Illuc enim ascenderunt tribus Querebamꝰ enim quo ascēdat qui cecidit: quia diximꝰ ascendentis hominis vox est ascendentis ecclesie Putamus ne quo ascendit. quo it. quo erigitur: Illuc as

cenderunt inquit tribus Quo ascen
derunt tribz? In ciuitatem: cui⁹ ꝑtici
patio ei⁹ in idipm Ergo illuc ascendi
tur in iherusalem Homo aūt qui des
cendebat de iherusalem in iherico in
cidit in latrones Si nō descenderet
ꝛ non incideret in latrones Quia ve
ro descendendo incidit in latrones:
ascendendo veniat ad angelos Ascē
dat ergo quia ascenderunt tribz Sꝫ
quid sunt tribus multi nouerūt: mul
ti non nouerīt Sꝫ et nos qui nouim⁹
descendamus ad illos qui non noue
runt tribus: vt nobiscum ascendant
quo ascenderunt tribz Tribz alio no
mine dici pn̄t curie: sed non proprie
Itaqꝫ tribus vno nomine alio ꝓprie
dici non possunt: sed vicino dicutur
curie Nam ꝓprie si dixerim⁹ curias
non intelliguntur nisi curie q̄ sunt in
ciuitatibz singulis singule. vn̄ curia-
les ꝛ decuriones id est qd̄ sint ī curia
vel de curia: ꝛ nostis qꝛ tales curias
singulas habēt singule citates Sūt
autem vel erant aliqn̄ in istis quoqꝫ
ciuitatibus curie eciam populoꝝ: et
vna ciuitas multas curias habet si-
cut roma triginta quinqꝫ curias ha-
bet populi Hee dicuntur tribz: has
populus israhel duode[illegible]im habebat
scd̄m filios iacob duode[illegible]cim. tribus
erat. populus erat: sed erant ibi ma
li erant ibi boni Nā enim male tri-
bus que crucifixerunt dn̄m: q̄ꝫ bone
tribus que cognouerunt dn̄m Ille g̊
tribus que crucifixerunt dn̄m: tribz
sunt dyaboli Cum ergo hic diceret il
luc em̄ ascenderunt tribus: ne ōnes
tribus intelligeres addidit tribz do-
mini Quid ē tribz domini? Que cog
nouerunt dn̄m Ex ipis enim duode-
cim tribubz malis. erant ibi boni De
bonis tribubz que cognouerūt fabri
cationem ciuitatis: ꝛ ipa erant gra-
na inter illas tribus que inter paleas
cōmixta sunt Ascendunt aūt nō cum
paleis: sꝫ tribus purgate: electe qua
si tribz domini Illuc ascenderūt tri-
bus domini Quid est tribz domini?
Testimoniū isrl' Hoc quid sit fra
tres audite Testimonium israhel. id
ē in quibz cognoscatur qꝛ est ve isra-
hel Quid est enim israhel? Interpre
tatio nominis ei⁹ dicta est iam: ꝛ se-
pe dicatur Forte enim ꝛ si recēs dic-
ta est. excidit: dicendo nos faciamus
vt non excidat eciam eis qui legere n̄
nouerunt aut noluerunt nos simus
codex ipoꝛum Isrl' videns deum in-
terpretatur: ymmo diligētius discus
so verbo sic interpretatur isrl' est vi-
dens Vtrumqꝫ est videns deū qꝛ ho
mo in se non est: mutatur enim ꝛ v̂-
titur si non ꝑticipet e⁹ qui est idipm
Tunc est qn̄ videt deum Tunc enim
est quando videt eum qui est: ꝛ vidē
do eum qui ē fit ꝛ ipe pro modo suo
vt sit Ergo ipe est israhel: israhel est
videns deum Supbus ergo nō est
israhel quia non est ꝑticipatio ei⁹ in
idipm: qꝛ ipe sibi vult eē idipm Qui
sibi vult esse principium non est isrl'
Omnis ergo israhel non est fict⁹ qꝛ
omnis superbz necē est vt fictus sit.
Hoc dico fratres necesse est vt om-
nis superbus velit videri qd̄ non est
aliter non pt̄ Et frēs mei vtinam sic
vellet superbus videri qd̄ non est vt
vellet videri verbi causa coraula cuꝫ
coraula non esset. cito enim ꝓbare-
tur ꝛ dicere² ei canta videam⁹ vtruꝫ
coraula sis: cum non posset. inueni-
retur falso se videri voluisse qd̄ non
erat Dixit se eloquētem: diceretur ei
loq̄re ꝛ ꝓba Si locut⁹ fuerit inueni
tur nō hoc eē qd̄ ꝓfessus est Supbz
qd̄ peius est iustū se vult videri cum
nō sit ꝛ qꝛ iusticiā intelligere difficile

est .difficile ē supbos agnoscere Vo
lunt ergo supbi videri qđ non ſt :iđ ñ
est pticipatio eoꝝ in idipm nō ptinz
ad isrł qui est videns deū Quis ǧ p=
tinet ad isrł: Qui est pticeps in idipz
Qui ē qui pticipat in idipm: Qui cō
fitetur se non eē qđ deus est ⁊ ab illo
habere qđ bonum pt habere. a se aūt
nō esse nisi peccatū . ab illo sibi eē ius
ticiam :talis est in quo dol⁹ non ē Et
dn̄s videns nathanaelē quid ait: Ec
ce vē israhelita in quo dolus nō ē Si
ergo ver⁹ israhelita ī quo dolus nō
est .tribz ille ascendunt ad ihrłm in q̇=
bus dolus nō est : ⁊ ipe sunt testimo
nium isrł. id est p illas agnoscit' q⁊ e
rant grana īter illā paleam . qn̄ area
cuz videretur tota palea putabatur.
Erant ergo ibi grana . sed cū ascen=
derint in sublimitate illa splendoris
cū fuerit area ventilata tūc erit testi
monium isrł:tūc dicent oēs mali vē
q⁊ erant ibi iusti inter malos qn̄ nob
omnes mali videbātur ⁊ q̈les nos era
mus tales oēs putabam⁹ Testiōni
um israhel Quo ascendūt: Quare as
cendunt: Ad ꝯfitendū nōi tuo do
mine Magnificenti⁹ dici nō pt Si=
cut superbia presumit : sic humilitas
ꝯfitetur Quō ergo psumptor est qui
vult videri qđ non est : sic ꝯfessor ē q̇
vult videri qđ est ipe ⁊ amat qđ est il
le Ad hoc ergo ascendunt israhelite ī
quibz dolus nō est q⁊ sunt vere isra=
helite :q⁊ in ipis ē testiōniū isrł Ad h̄
ascendunt ad cōfitendū nomini tuo
dn̄e Qm̄ ibi sederunt sedes in iudi
cio Mirum enigma :mira questi=
o si nō intelligat' Sedes dicit q̊s gre
ci thronos appellant Thronos gre=
ci sellas dicūt tanq̈ȝ honorabiles Er
go frēs mei nō est mirū . si sedeāt ho
mines in sedibz in sellis Vt aūt ipe se
des sedeant quō possum⁹ intelligere:

Tanq̈m si dicat aliqs . sedeant hic ca
thedre .q̇ sedeāt h̄ selle In sella sedet'
in sedibus sedetur in cathedris sede=
tur nō ipe sedes sedent Quid ē ergo
hoc qm̄ ibi sederunt sedes in iudiciū:
Certe soletis audire đo dicente celū
m̄ thron⁹ est .terra āt scabellū peduz
meoꝝ Latine āt totū sic dicitur celū
michi sedes est Qui sunt isti n̄ iusti:
Qui sunt celi nisi iusti: Qui celum ip
si celi q⁊ que eccła ipe eccē :sic sunt mł
te vt vna sit Sic ǧ ⁊ iusti Ita ſt iusti
celū .vt celi sint : in ipis aūt sedet de⁹
⁊ de ipis iudicat deus Et nō sine cau
sa dictum est celi enarrant gł'am dei
Apostoli em̄ facti sunt celū Vn̄ facti
sunt celū: Quia iustificati Quō pec
cator factus est terra cui dictū ē ter=
ra es ⁊ in terrā ibis :sic iustificati fac
ti sunt celum Portauerūt deū :et de
ipis de⁹ choruscabat miracła.tona=
bat terrores .pluebat consolationes
Erant ergo illi celū : ⁊ enarrabāt glo
riam dei Nam vt noueritꝫ ipos dic=
tos celum :ibi ait in ipo psalmo in ō=
nem terram exiuit sonus eoꝝ .⁊ in fi
nes orbis terre vba eoꝝ Queris q̊=
rum :⁊ inuenies celoꝝ Si ergo celū
sedes dei apostoli aūt celū :⁊ ipi fac=
ti sunt sedes dei ipi sunt throni đi Dic
tum est alio loco :anima iusti thro=
nus sapiētie Magna res magna dic
ta est thron⁹ sapiē aiā iusti .id ē in a=
nima iusti sedet sapiētia tanq̈m in sel
la sua tanq̈m in throno suo et iñ iudi
cat q̇cquid iudicat Ergo erāt throni
sapientie :⁊ iđ dixit illis dn̄s . sedebi=
tis super duodecim thronos iudicā=
tes duodecim tribz isrł Sic et ipi se=
debunt super duodecim sedes :et ipi
sunt sedes dei De illis quippe dictuz
est ibi enim sederūt sedes quoniam
ibi sedebunt sedes Qui sederunt se=
des ⁊ qui sunt sedes: De quibus dic=

tum est aiā iusti sedes sapientie Qui
sunt sedes? Celi Qui sunt celi? Celuz
Quid est celū? De quo dicit dn̄s celū
michi sedes est Et ipi iusti sunt sedes
⁊ habent sedes: et in illa iherusalē se-
debunt sedes Ad quam rem? Si iu-
dicium Sedebitis inquit sup duode
cim sedes. o vos sedes: iudicātes du
odecim tribus isrl' Quos iudicātes?
Infra q̇ sunt in terra Qui iudicabūt?
Qui facti sunt celum Illi autem q̇ iu
dicabuntur in duas ptes diuidentur
vna ad dexteram altera ad finistram
erit Judicabūt cum cristo sancti: ve
niet enim in iudicium cū senioribus
populi ait ysayas Alij sunt ergo qui
cum illo iudicabunt. alij qui ab illo iu
dicabuntur. ⁊ ab illis qui cū eo iudi-
cabunt Diuidentur ergo isti in duas
ptes. vna ponetur ad dexterā. cui e-
numerabuntur elemosine q̄s fecerīt:
Alia ponetur ad finistrā. cui enume
rabitur crudelitas ⁊ sterilitas mise-
ricordie Et illis ad dexteram cōstitu
tis dicetur: vēite bn̄dicti patris mei
pcipite regnum qd̄ vobis paratuz ē
ab origine mūdi Quare? Esuriui in-
quit ⁊ dedistis michi manducare Et
illi. quādo te vidim⁹ esurientem? Et
ille: cum vni ex minimis meis fecist;
michi fecistis Ergo quid ē frēs? Illi
iudicabunt de quibz dictum est. vt fi
ant amici de māmona iniquitat; : vt
⁊ ipi inquit recipiūt vos in eterna ta
bernacula Sancti sedebunt cum do
mino attendē q̇ fecerunt misericordi
am ⁊ assument illos sepatos in dex-
teram i regnum celoꝝ: et ipa est pax
ihrl'm Que est pax iherusalem? Vt o
pera misericordie corporalia iungā-
tur operibz p̄dicationis spiritualibz:
⁊ fiat pax dando ⁊ accipiendo Ait ei
apostolus. qui rationē dati ⁊ accep
ti dixit eē istas elemosinas Ait ergo

si nos vobis spūalia seminam⁹. mḡ
num ē si vestra carnalia metamus?
Et de ipa re ait alio loco: qui multū
nō habūdauit. ⁊ qui modicū non de
fuit illi Quare qui multum non ha-
bundauit? Quia qd̄ plus habebat de
dit indigenti Et quid ē qui modicum
non defuit illi? Quia accepit ab illo q̇
habundauit: vt fiat inquit equalitas
Ipa est pax de qua dicitur. fiat pax i
v̄tute tua Namqꝫ cum dixisset. quo
niam ibi sederunt sedes in iudicio se
des super domū dauid. id est sup fa-
miliam cristi cui dederunt in tempo
re cibaria: statim tanq̄m ipis sedibz
ait Interrogate que ad pacē sunt
iherusalem O vos sedes qui iā sede-
tis vt iudicet; . ⁊ facti estis sedes do-
mini iudicantis. qm̄ qui iudicant in-
terrogant. qui iudicantur interro-
gantur: interrogate inq̄t que sunt ad
pacem iherusalem Interrogādo q̇d
inueniet? Alios fecisse miām: alios n̄
fecisse Quos inueniet fecisse miseri-
cordiam ipos vocabunt ad iherusa-
lem: q⁊ ipa sunt ad pacem iherusalez
Dilectio fortis res frēs: dilectio for
tis res Vultis videre q̄ꝫ sit fortis di-
lectio? Quisquis per aliquam neces-
sitatem non potuerit implere qd̄ iu-
bet deus: amet illum qui implet ⁊ in
illo implet Intendat caritas vestra.
verbi gracia. vxorem habet quam di
mittere non potest oportet vt obtē
peret aplo dicenti. vxori vir debituz
reddat: ⁊ alligatus es vxori. ne que-
fieris solutionem Veniet in mētem
q⁊ melior est vita illa de qua dicit idē
apls. vellem omnes esse sicut meipz.
Attendit eos qui hoc fecerūt: amat
eos ⁊ in ipis implet qd̄ in se non po-
test Fortis res est dilectio. ipa fit v̄-
tus nostra: q⁊ si in illa nō fuerimus
nichil prodest q̇cquid aliud habueri

mus Si linguis hōim loquar inq̄t ⁊
angelorū caritatem aūt nō habeam:
factꝰ sum q̄si eramentum sonās aut
cymbalū tinniēs Adiūgit aliud mag
num. qḋ si distribuero omneꝫ sbam
meā ⁊ si tradidero corpꝰ meū vt ar-
deam caritatem āt n̄ habeam nichil
m̄ prodest Si aūt sit sola caritas q̄ n̄
inueniat qḋ distribuat paupibꝫ. dili-
gat. solum calicē aque frigide det: tā
tum illi imputabitur quātum zacheo
q̄ dimidiū patrimonij donauit pau-
peribus Quare hoc? Ille tā modicū
dedit ille tam multū dedit. ⁊ tantum
illi imputabitur? Tātum plane Im
par em̄ facultas: sed nō imp caritas
Illi ergo interrogant. vos cogitate
quid estis Iam ecce dictū est nobis
in domū dn̄i ibimus Iocūdati sumꝰ
certe in hijs q̄ dixerunt nobis in do-
mum dn̄i ibimus Videte ergo si imꝰ
Non em̄ pedibꝫ imus sed affectibus
Videte si imus: introget se vnusq̄sq̄
vestrum qualis erga paupem sanc-
tum. erga indigentē frēm. qualis est
erga indigentē mendicū: videat si vis
cera eiꝰ nō sunt angusta. q̄ꝛ interro-
gare te habent sedes q̄ sedebūt in iu-
dicium. et debent inuenire q̄ sunt ad
pacē ihr̄l'm Et quō interrogāt? Tan
q̄m sedes dei Deus interrogat Si de
um latet aliquid: ⁊ illas sedes aliq̄d i
terrogantes fugere p̄t Interrogate
que sunt ad pacē ihr̄l'm Sꝫ q̄ sunt ad
pacem ihr̄l'm? Et habūdantia inq̄t
hijs q̄ diligunt te Ad ip̄am iherusalez
cōuertit vocem habūdantia est illis
qui diligunt eam habundantia ex in
opia Hic inopes ibi habūdantes: h̄
infirmi ibi firmi: hic egeni ibi diuites
Vnde facti diuites? Quia dederūt h̄
qḋ acceperūt a deo ad tempꝰ: ⁊ acce
perunt ibi qḋ postea deus retribuet
in eternū Hic frēs mei ⁊ diuites pau

peres sunt Bonū est diuiti vt agnos
cat se pauperem Si enim plenum se
putat: tumor est ille non plenitudo
Agnoscat se inanem vt possit imple
ri Quid habet? Aurū Quid nōdū ha
bet? Vitā eternā Attendat qḋ habeat
⁊ videat quid nō habꝫ Frēs ex eo qḋ
habet det. vt accipiat qḋ non habet:
emat ex eo qḋ habet illud qḋ nō habꝫ
Et habundantia hijs q̄ diligūt illam.
Fiat pax i v̄tute tua O ihr̄l'm o ci
uitas q̄ edificaris vt ciuitas cuiꝰ p̄ti
cipatio tua in idip̄m. fiat pax in v̄tu
te tua fiat pax in dilcoē tua: q̄ꝛ v̄tus
tua dilectio tua Audi cātica canticorꝫ
valida ē sicut mors dilectio Magm
v̄bum frēs valida ē sicut mors dilciō
Magnificentiꝰ exp̄mi n̄ potuit for
titudo caritatꝭ: q̄ꝫ vt dicēt valida ē si
cut mors dilectio Quis enim resistit
morti Frēs intēdat caritas v̄rā Re
sistitur ignibꝫ vndis. ferro resistitur
p̄tātibꝫ. resistitur regibus. venit vna
mors. q̄s ei resistit? Nichil ē illa forti
us Propterea viribꝫ eiꝰ caritas ꝯpa
ta ē: ⁊ dictū ē valida ē sicut mors di-
lectio Et q̄ꝛ ip̄a caritas occidit qḋ fui
mus vt simus qḋ nō eramꝰ: facit in
nobis quādam mortē dilectio Ipsa
morte mortuꝰ erat q̄ dicebat mundꝰ
m̄ crucifixꝰ ē ⁊ ego mūdo Ip̄a mor-
te mortuus erāt quibꝫ dicebat: mor
tui em̄ estis et vita v̄rā abscondita ē
cū xp̄o in deo Valida ē sicut mors di
lectio Si g̊ valida ē fortꝭ est ⁊ mag-
ne v̄tutis: ⁊ ip̄a est v̄tꝰ ⁊ p ip̄am re-
guntur infirmi a firmis. terra a celo
populi a sedibꝫ Idō fiat pax in v̄tute
tua fiat in dilcoē tua ⁊ p istā v̄tutē p
istā dilcoēm p istā pacē Fiat habū
dantia in turribꝫ tuis id ē in excelsis
tuis Pauci em̄ sedebūt in iudicio: sꝫ
multi ad dexterā positi faciūt ppl'm
ciuitatis illiꝰ Multi em̄ pertinebūt

ad ſingulos quoſqꝫ excelſos . a quibꝫ
recipiantur in tabernacula eterna : ⁊
erit habūdantia in turribꝫ eiꝰ Plen
tudo autē deliciarū ⁊ ſufficientia di-
uiciarum ipe deꝰ ipe idipm . ipe cuiꝰ
ꝑticipatio eſt ciuitatis in idipm : ipa
erit habūdantia noſtra Sꝫ vn̄ : Per
caritatem . hoc eſt ꝑ virtutē In q̊ āt
eſt caritas frēs : Qui non ſua querit
in hac vita Audi apoſtolum paulum
habentē caritatem Ait : placere om-
nibus per omnia ſicut ⁊ ego omnibꝫ
per ōnia placeo Vbi ē ergo qđ dixiſti
ſi adhuc hōibus placerem xp̄i ſeruꝰ
nō eſſem . ⁊ mō dicis te placere ⁊ mō
cohortaris vt ⁊ illi placeant : Sed n̄
ibi poſuiſti finem : vt q̇s ꝓpter ſe nō
ꝓpter caritatem placeat . Qui gl̃am
ſuam q̄rit : nō q̄rit ſalutem alioꝝ Ait
em̄ ſicut ⁊ ego omnibꝫ ꝑ omnia pla-
ceo : nō querens qđ michi ꝓdeſt . ſed
qđ multis vt ſalui fiant Iđ ⁊ hic cum
de caritate diceretur Propter fra
tres meos inq̄t et ꝓximos meos lo
quebar autem pacem de te O iheru-
ſalem ciuitas cuiꝰ ꝑticipatio in idip
ſum ego in hac vita ⁊ ī hac terra ego
pauper peregrinꝰ ⁊ gemens . nōduꝫ
ꝑfruens pace tua : ⁊ p̄dicans pacem
tuam : nō ꝓpter me illam p̄dico ſicut
heretici qui q̄rētes gl̃am ſuam dicūt
pax vobiſcum : et pacem nō h̄nt quā
populis p̄dicant Si em̄ haberent pa
cem nō cōſcinderent vnitatem Ego
inquit loquebar pacē de te Sed qua
re : Propter frēs meos ⁊ ꝓpinquos
meos nō ꝓpter honorem meum . nō
ꝓpter pecuniam meam . nō ꝓpter vi
tam meam : nam michi viuere xp̄us
eſt ⁊ mori lucrum : ſed loq̄batur pacē
de te ꝓpter fratres meos ⁊ propin-
quos meos Nā cupiebat ipe diſſol-
ui ⁊ eſſe cum criſto : ⁊ qui iſta predi-
caret propinquis ⁊ fratribꝫ manere
inquit in carne neceſſarium propter
vos Propter fratres meos et ꝓpin
quos meos loquebar autem pacem
de te Propter domum domini dei
mei queſiui bona tibi Non propter
me queſiui bona . nam non tibi que-
rerem ſed michi ideo nec ego haberē
quia non tibi quererem ſed propter
domum domini dei mei : propter ec
cleſiam propter ſanctos ꝓpter pere
grinos propter inopes eius vt aſcē
dant quia dicimus eis in domuꝫ do-
mini ibimus : propter ipam domum
domini dei mei q̄ſiui bona tibi Hec
fratres ꝓlixiora ⁊ neceſſaria carpite
manducate bibite cōualeſcite curri-
te apprehendite

Explicit pſalmus cxxiꝰ. Incipit pſal
mus centeſimꝰ viceſimꝰ ſcđs

ASCendentis cantica ex or-
dine cum ſanctitate veſtra
cōſideranda ſuſcepi Aſcen
dentis ⁊ amantis : ⁊ ideo aſcendentꝫ
quia amantis Omnis amor aut deſ
cendit aut aſcendit Deſiderio em̄ bo
no leuamur ad deū : ⁊ deſiderio ma-
lo ad yma precipitamur Sed quia iā
malo deſiderio lapſi cecidimꝰ ſuper
eſt nobis ſi agnoſcimꝰ quis ad nos
non ceciderit ſed deſcēderit herendo
illi aſcendere q̄ꝛ viribus noſtris non
poſſumꝰ Ipe dixit dominus iheſus
criſtus nemo aſcēdit in celū niſi qui
de celo deſcendit : filiꝰ hominis q̇ eſt
in celo Tanq̄m de ſe ſolo videtꝛ dixiſ
ſe Ergo ceteri remāſerūt . q̄ꝛ ſolus aſ
cendit . qui ſolꝰ deſcēdit : Quid debēt
ceteri facere : Vniri corꝑi ipiꝰ : vt ſit
vnus criſtus qui deſcendit et aſcen-
dit Deſcendit caput : cum corpore aſ
cendit veſtitus eccleſia ſua . quam ſi-
bi exhibuit ſine macula et ruga So-
lus ergo aſcēdit . ſed et nos quando
cum illo ſic ſumus vt in illo membra

eiꝰ simꝰ: ⁊ nobiscū solus ē. et iō vnꝰ
⁊ sempiternꝰ Vnitas nos ꝯpaginat
vni: ⁊ illi soli cum illo non ascendūt q
cum illo vnus eē noluerunt Iā ve
ro qm̄ ipe qui in celo positus ē et car
ne suscitata immortalis. ꝑ quam fu=
it ad tempus mortalis. ⁊ nichil in ce
lo ꝑsecutionem paciens. nichil mali
ciarum ⁊ obprobrioꝝ. sicut in hac t᷑=
ra qn̄ ꝓ nobis omnia sustinere dig=
natus est: cōpassus tn̄ corpori suo i
terra laboranti dixit. saule saule quid
me ꝑsequeris? Iam ipm nemo tāge
bat: ⁊ se pati ꝑsecutionem clamabat
Non preter spem eē debemꝰ ymmo
cum magna fiducia ꝑsumere. qꝛ si ꝑ
caritatem ipe nobiscum in terra est:
ꝑ eandem caritatem ⁊ nos cū illo in
celo sumꝰ Sed diximꝰ quēadmodū
nobiscū ipe in terra sit: vocem eꝰ dix
imus de celo sonantis. saule saule qd
me ꝑsequeris cū eum saulus. omni=
no nō tangēt sꝫ nec videret Quomo
do aūt ostenditur qꝛ et nos cum illo
in celo sumꝰ? Eodē ipo paulo aplo
dicente. si resurrexistis cū cristo que
sursum sunt q̄rite vbi xp̄s est in dex=
tera dei sedens. que sursum sunt sa=
pite non que super terram mortui ei
estis ⁊ vita vestra abscōdita est cum
xp̄o in deo Ergo ⁊ ille adhuc deorsuꝫ
est ⁊ iam nos sursum sumus Ille de
orsum est cōpassione caritatis: nos
sursum sumꝰ spe caritatꝫ Spe enim
salui facti sumꝰ Sed quia spes nos=
tra certa est q̄uis futurum sit: sic de
nobis dicitur quasi iam factū sit As=
cendit g̊ iste cātator sꝫ in vnoquoqꝫ
corde vestrū cantet hic homo ⁊ vnus
quisqꝫ sit iste homo Cum em̄ dicitis
illud singuli qꝛ omnes vnum estis in
cristo vnꝰ hō illud dicit: et non ad te
dn̄e leuauimus oculos nrōs Sed
ad te domine leuaui ocl'os meos De

betis quidem putare vnū quēqꝫ vrm̄
loqui: sed vnus ille maxime loquitur
q eciā diffusus ē toto orbe terrarum
vnus ille loquitur qui alibi dicit. a fi
nibus terre ad te clamaui cū āgeret᷑
cor meum Quis ē qui clamat a fini=
bus terre? Quis vnꝰ hō diffusus est
vsqꝫ ad fines terre? Vnusquisqꝫ ho=
mo in regione sua ꝑt clamare. nūqd a
finibꝫ terre? Sꝫ hereditas illa xp̄i de
qua dictum est. dabo tibi gētes here
ditatem tuā ⁊ possessionem tuā t᷑mi
nos terre: ipa clamat et dicit a finibꝫ
terre ad te clamaui cuꝫ āgeretur cor
meū Angatur cor nostrū ⁊ clamemꝰ
Vn̄ angatur cor nostrū? Nō de hijs
que hic patiuntur ⁊ mali: verbi gra=
cia quia dāpnum patiuntur Nam si
iñ angitur cor cinis est: qꝛ nescio quē
tuoꝝ ex voluntate dei amisisti Si iñ
angitur cor qd magnū: Hic angūtur
⁊ corda infideliū: ista paciuntur et q
nōdum in cristo crediderūt Vn̄ angi
tur cor xp̄iani? Quia nōdum cū xp̄o
viuit Vn̄ angit᷑ cor xp̄iani? Quia pe
regrinatur et desiderat patriā Si iñ
angitur cor tuū eciā si felix scd̄m secu
lum fueris gemis ⁊ si omnia ꝓspera
cōfluant ⁊ si vndiqꝫ tibi iste mūdꝰ ar
rideat tu tn̄ gemis qui in ꝑegrinatio
ne te cōstitutum vides: ⁊ sentis iā q=
dem te habere felicitatem scd̄m ocu
los stultoꝝ sed nōdum scd̄m ꝓmissi
onem xp̄i Illā querens gemis illā q=
rens desideras ⁊ desiderando ascen
dis ⁊ ascendendo cantas cāticū gra=
duum ⁊ cantando canticū graduū di
cis Ad te leuaui ocl'os meos Qui
habitas in celo Ascendēs q̊ leuaturꝰ
erat ocl'os n̄ illuc q̊ tendebat ⁊ ascen
dere desiderabat? De t᷑ra em̄ ad celū
ascēdit Ecce terra deorsum quā cal=
camꝰ pedibꝫ nostris ecce iā celū sur=
sum quod videmus oculis nostris:

⁊ ascendendo cantamus. ad te leua-
ui oculos meos qui habitas in celo
Ubi sunt ergo scale? Tanta enim inter
ualla cōspicimus inter celum ⁊ terrā
tātam sepationem ⁊ tanta spacia lo
corum: illuc uolumus ascendere. sca
las non uidemus Nūquid forte fal-
limus nos. qꝛ cāticum graduū id est
canticum ascensionis cātamus? As-
cendimus ad celum si cogitamus de
um qui ascensus in corde fecit Quid
est ascendere in corde? Proficere in
deum Quomodo omnis qui deficit
non descendit sed cadit. sic omnis q̄
ꝓficit ascendit sed si sic ꝓficiat vt nō
superbiat si sic ascendat vt nō cadat.
Si aūt ꝓficiendo supbiat: ascenden
do iterum cadit Sz vt nō superbiat
quid debet facere? Leuet oculos su-
os ad illum qui habitat in celo. nō se
attendat Omnis enim superbꝫ se at
tendit: ⁊ magnus sibi videtur qui si-
bi placet Sz qui sibi placet stulto ho
mini placet: qꝛ ille ipē stultꝰ est cum
sibi placet Solus securus placet qui
deo placet Et quis ē qui placet deo?
Cui placuerit deus Displicere sibi de
us non potest: placeat ⁊ tibi vt pla-
ceas illi Sed tibi ille placere non po
terit: nisi tu tibi displicueris Si autē
displices tibi: tolle a te oculuz Ut q̄d
te enim attendis? Si enim veruz te
attendis. inuenis in te q̄d tibi displi-
ceat: ⁊ dicis d̄o. peccatum meum an̄
me est semper Peccatum tuū sit an-
te te vt non sit ante deū: ⁊ tu noli esse
ante te vt sis ante deum Quomodo
enim volumus vt non a nobis auer
tat faciem deus: sic volumꝰ vt auer
tat faciem a peccatis nostris Nam
vtrumq̄ illic cantatur in psalmis ne
auertas faciē tuam a me Uox ē psal
mi vox est ergo nostra: ⁊ ille qui di-
cit ne auertas faciem tuam. vide q̄d
dicat alio loco. auerte faciem tuam
a peccatis meis Si vis vt auertat fa
ciem suam a peccatꝫ tuis. tu ipē a te
auerte faciem tuam ⁊ a peccatꝫ tuis
noli auertere Si enim non ab eis a-
uerteris faciem tuam: tu ipē irasce-
ris peccatis tuis Si aūt tu non auer
tis faciem tuā a peccatis tuis: tu ag
noscis ⁊ ille ignoscit At vero a te le-
ua oculos ad illum ⁊ dic. ad te leua-
ui oculos meos qui habitas in celo.
Celū fratres mei si corporaliter in-
tellexerimus hoc quod videmꝰ ocul'
corporeis: vere sic errauimus vt nō
putemus nos illuc ascendere nisi sca
lis positꝫ aut aliquibus machinamē
tis Si aūt spiritualiter ascendimus
spiritualiter celum intelligere debe-
mus Si ascensus in affectu: celuz in
iusticia Quid est ergo celū dei? Om
nes sancte anime: omnes iuste ani-
me Nam ⁊ apostoli q̄uis in terra es
sent carne. celum erant: quia in illis
dominus sedens per totum mūduz
ābulabat Ergo habitat in celo Quo
modo? Quomodo dicit in alio psal-
mo. tu autem in sancto habitas laus
israhel Qui habitat in celo habitat in
sancto Sancto quid. nisi tēplo suo.
Templum enim dei sanctum est q̄d
estis vos Sed omnes adhuc infir-
mi ⁊ scd̄m fidem ambulantes Secū
dum fidem sunt templum dei Erunt
enim aliquando ⁊ secūdum speciem
templum dei Q̄m diu sunt tēplum
secūdum fidem? Q̄m diu in ipīs xp̄s
p fidem habitat sicut dicit apl's. habi
tare xp̄m p fidez in cordibꝫ nostris.
Sunt aūt iam celi in quibꝫ iam p spe
ciem habitat deus videntes eum fa-
cie ad faciem. omnes sancti āgeli. ō-
nes sancte v̄tutes. ptātes sedes dn̄a
tiones iherusalem illa celestis vnde
peregrinantur ingemiscimꝰ: ⁊ quam

desiderando oꝛamus Ibi habitat de
us: illuc leuauit iste fidem illuc ascen
dit affectu desiderando. et ipsum de
siderium facit anima desudare soꝛ=
des pccōꝛum ꝛ mundari ab omni la
be. vt fiat ꝛ ipa celū: quia leuauit o=
culos ad eum qui habitat in celo Nā
si celum istud coꝛpeum qd̄ oculis vi
demus intellexerimꝰ esse habitatio=
nem dei: transitura est habitatio dei
quia celum ꝛ terra transient Deinde
añq̄m faceret deus celuꝫ et terrā vbi
habitabat? Sꝫ dicit aliquis Et añq̄ꝫ
faceret deus scōs vbi habitabat? In
se habitabat deꝰ apud se habitabat ꝛ
apud se est deus: ꝛ qñ dignatur ha=
bitare in sanctꝭ. nō sic sunt sancti do
mus dei vt ipa subtracta cadat deus
Aliter enī nos habitamꝰ in domo: a
liter deus in sanctis Tu habitas ī do
mo. si subtracta fuerit cadis: deꝰ aūt
sic habitat in sanctis vt si ipe discesse
rit cadāt Quicūqꝫ ergo sic poꝛtat de
um vt sit templum dei: nō putet sic a
se poꝛtari deū. vt teneat deū si se sub
ducat Ve illi si se subtraxerit deus qꝛ
ipe cadit: nam deus in se ꝑmanet In
quibꝫ nos habitamus ipa nos cōti=
nent: in quibꝫ deus habitat ipe illos
ꝯtinet Iam videte quātum interest
inter nrām habitationē ꝛ dei ꝛ sic di
cat aiā. ad te leuaui ocl'os meos qui
habitas in celo. vt intelligat qꝛ deus
nec celo indiget vbi habitet: sed celū
ipo indiget vt ab ipo ihabitet? Quid
ergo sequitur qꝛ dixit ad te leuaui o=
culos meos q̄ habitas in celo? Quo
modo leuasti oculos tuos in celum?
Ecce sicut oculi seruoꝛū in manus
dñoꝛum suoꝛum. ꝛ sicut oculi ancil=
le in manꝰ domine sue: sic oculi nos=
tri ad dominuꝫ deū nostrum quoad
usqꝫ misereatur nostri Et serui sumꝰ
ꝛ ancilla sumus: ille ꝛ dominus est ꝛ
domina est Aut quid sibi volunt ista
verba ꝛ quid sibi volunt iste similitu
dines rerum Attendat aliquātum ca
ritas vestra Non mirum si serui su=
mus ꝛ ille dominus est sed mirum si
ancilla sumus ꝛ ille domina est Sed
neqꝫ hoc mirum quia ancilla sumus
ecclesia enim sumus nec illud miruꝫ
quia ꝛ ipe domina est: virtus est ꝛ sa
pientia dei Audi ergo apostolum di
centem. nos autem pꝛedicamus cris
tum crucifixum iudeis quidem scan
dalum gentibus autem stulticiam ip
sis vero vocatis iudeis ꝛ grecis cris
tum dei v̄tutem ꝛ dei sapientiam: vt
iam sit seruus populꝰ ꝛ sit ancilla ec
clesia Vtrumqꝫ audisti: cristum dī v̄
tutem ꝛ dei sapientiam Cū ergo au=
dis cristum leua oculos tuos in ma=
nus domini tui: cum audis dei virtu
tem ꝛ dei sapientiam. leua oculos tu
os in manus domine sue. quia et ser
uus ꝛ ancilla es Seruus quia popu
lus es: ācilla quia ecclesia es Ipa au
tem ancilla magnam dignitatē inue=
nit apud deum Vxoꝛ facta est: sꝫ do=
nec veniat ad amplexus illos spiritu
ales vbi secure perfruatur eo quē di
lexit ꝛ cui suspirauit in ista diuturna
peregrinatione Sponsa est ꝛ acce=
pit arram magnam. sanguinem spō
si cui secura suspirat nec illi dicit? no=
li amare quomodo dicitur aliquādo
virgini iam desponsate ꝛ nondū nup
te ꝛ iuste dicitur noli amare cum fac
ta fueris vxoꝛ tunc ama: recte dicit?
qꝛ p̄pꝛoperuꝫ ꝛ pꝛeposteruꝫ desideri
um est ꝛ non castum. amare eum cui
nescit an nubat Potest enim fieri vt
alius sponset. ꝛ alius ducat vxoꝛem
Quia vero nullus est alius qui cris=
to p̄ponat?. secura amat ista: ꝛ añq̄ꝫ
illi iūgatur amet ꝛ de longinq̊ suspiēt
ꝛ de longinq̄ ꝑegrintōe solꝰ ducet qꝛ

solus talē arram dedit Quis eñ po
test sic ducere vt moriat' pro ea quā
vult ducere? Si enim mori pro ea vo
luerit: non erit qui ducat Securus
sūt ille pro sponsa mortuus est: quā
resurgens erat ducturus Verūptā-
men frēs interim simus quomodo
serui ⁊ ancilla Dictum est quidem nō
vos dicam seruos sed amicos: sꝫ for
te solis discipulis dixit dñs Audite a
postolum paulum dicētem. itaqꝫ iā
inqt nō est seruus sꝫ fili⁹: si aūt filius
⁊ heres per deū Populo dicebat fi-
delibꝫ dicebat Iam ḡ in noiē domini
redempti sanguiē ipi⁹. loti lauachro
ipi⁹. filij sumus fili⁹ sum⁹: q2 sic mul
ti sumus vt in illo vn⁹ sim⁹ Quid si-
bi ergo vult qḋ adhuc tanqꝫ serui loq
mur? Nūquid tātum meritū habere
possum⁹ in eccl'a q̄quis iam filij facti
ex seruis quātum habuit ipe aposto
lus paulus? Et tñ quid dicit in epl'a?
Paulus seru⁹ xpi ihesu Si ille se ad-
huc dicit seruū p quem nobis euāge
lium p̄dicatum est: quātomagꝫ nos
debem⁹ agnoscere cōditionem nrāꝫ
vt maior sit in nobis grā ipi⁹? Primo
enim seruos fecit quos redemit Sā
guis eñ ille ꝓ seruis p̄cium est: pro
sponsa pign⁹ est Agnoscentes itaqꝫ
ꝯdicionem nrām. ⁊ si iā filij per grāꝫ
ipi⁹. serui tñ ꝓpter creaturam. quia
vniu̾sa creatura deo seruit. dicamus
sicut oculi seruoꝝ in man⁹ dñoꝝ suo
rum ⁊ sicut oculi ancille in man⁹ do-
mine sue: sic oculi nostri ad dñm deū
nostrū quoadusqꝫ misereat' nostri.
Dixit ⁊ quare? Sicut serui ocl'os ha
bentes in man⁹ dñi sui. ⁊ sicut ancil-
le ocl'os hñt in man⁹ dñe sue: sic inqt
oculi nostri ad dñm deum nrm̄ Et qⁱ
quereres vt quid: quoadusqꝫ inquit
misereatur nostri Quales ergo vo-
luit seruos intelligi frēs? Qui ocl'os
habent in manus dñorum suorū Et
quales ancillas? Que oculos hñt in
man⁹ dñe sue quoadusqꝫ misereatur
domina earum Qui sunt isti serui et
ancille qui sic habent ocl'os in man⁹
dominorum suorum. nisi qui iuben
tur cedi? Oculi nostri ad dominū de
um nostrum: quoadusqꝫ misereatur
nostri Quomodo? Sicut oculi suo
rum in manus dñorum suorum: ⁊ si
cut oculi ancille in man⁹ domine sue
Ergo ⁊ illi ⁊ ille quousqꝫ misereatur
vel dominus vel domina Fac ergo a
liquem dñm iussisse seruum cedi Va-
pulat seruus sentit plagarum dolo-
res attendit ad manus domini sui. q̊
usqꝫ dicat pce Manum enim ipam
potestatem dicit Ergo quid dicimus
fratres? Iussit nos cedi domin⁹ nos
ter ⁊ domina nostra. sapientia dī ius
sit nos cedi: et in hac vita vapulam⁹
⁊ tota ista vita mortalis plaga nos-
tra est Audi vocem psalmi Pro ini-
quitate erudisti hominem: ⁊ tabesce
re fecisti sicut araneam aiām meam
Attēdite fratres q̄ꝫ tabida est aranea
vt leui tactu cōquassetur ⁊ moriatur
Et ne quasi carnem solam infirmita
te mortalitatis putaremus nos ha-
bere tabidam. nō dixit tabescere me
fecisti. ne scḋm carnem itelligerem⁹
sꝫ ait tabescere fecisti sicut araneam
aiām meam Nichil enim infirmius
anima nostra posita in medijs tēp-
tationibus seculi in medijs gemiti-
bus et pturitionibus molestiarum:
nichil ea infirmius donec hereat soli
ditati celesti. ⁊ sit in templum dei vn
de iam non cadat. quia primo vt ve-
niret ad hanc infirmitatem ⁊ tabifi-
cationem sicut aranea infirma facta
est ⁊ de paradiso expulsa est: tūc ius-
sus est seruus cedi Frēs mei: videte
ex quo vapulam⁹ In oībꝫ q̄ ab inicio

generis humani nati sunt in omnibꝫ
qui nunc sunt. in omnibꝫ qui postea
nascentur adam vapulat vapulat a-
dam id est genus humanum et mul-
ti sic obdurauerūt vt nec plagas su-
as sentiant Qui vͦo ex ip̄o genere fi-
lij sacti sunt. receperūt sensum dolo
ris sentiūt se vapulare. ꝛ nouerūt q̇s
iussit vt vapulent. ꝛ leuauerūt ocu-
los suos ad eū qui habitat in celo: et
sic sunt oculi eoꝝ i man⁹ dm̄ sui quo
adusqꝫ misereatur sicut oculi seruoꝝ
in man⁹ dñorum suorū ꝛ sicut oculi
ancille in manus dñe sue Vides feli-
ces aliquos in isto seculo ridētes iac
tantes se nō vapulāt ymmo pei⁹ va
pulant: hoc ip̄o graui⁹ cedūtur quo
sensum iā pdiderunt Euigilent ꝛ va
pulent sentiāt qꝛ vapulant. sciant qꝛ
vapulant ꝛ doleant qꝛ vapulant: qm̄
qui apponit sciām apponit dolorez.
hoc scriptura dixit Jō dñs in euāge
lio: beati lugentes qm̄ ip̄i cōsolabun
tur Audiamus vocē hōis qui vapu-
lat: ꝛ sint iste vniuscuiusqꝫ vestrum
voces ꝛ qn̄ nobis bn̄ est Nā quis nō
intelligat vapulaȓe se? Qn̄ egrotat qn̄
in carcere est. qn̄ forte in cathena qn̄
forte latrones patitur. qn̄ ab aliq̄bꝫ
improbis ei alique molestie irrogā-
tur: sentit vapulare se Magnus sen
sus est videre qꝛ vapulat: ꝛ qn̄ illi bn̄
est Non em̄ ait scriptura in iob tēp-
tationibꝫ habūdat vita huāna. sꝫ ait
nūquid nō temptatio est vita huma
na sup̄ terrā? Totā ip̄am vitā temp-
tationez dixit Omnis ergo vita tua
sup̄ terrā plage tue sunt Plage qꝫ diu
viuis in terra: siue feliciter viuas. si-
ue in aliqua tribulatione cōstitutus
sis clama ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celo Ad man⁹ dm̄ qui
te iussit cedi cui dicis in alio psalmo
ꝓpter iniquitatem erudisti hoiēm ꝛ

tabescere fecisti sicᵗ araneā aiām me-
am: clama ad manus cedentis ꝛ dic
Miserere nostri domine miserere
nostri Nō sunt iste voces vapulan-
tis. miserere nostri dñe miserere nos
tri? Qm̄ multum repleti sum⁹ des
pectione In plurimū repleta est aiā
nostra: obprobrium eis q̇ habūdant
ꝛ despectio sup̄bis Qui despiciᵗ cō-
temnitur Oēs qui scdꝫ xp̄m pie vo
lunt viuere. necē ē paciantur obpro
bria: necē est ꝯtempnantur ab hijs q̇
volunt impie viuere quoꝝ felicitas
tota t̄rena est Irridentur illi q̇ felici
tatem vocāt quā oculis t̄renis vide
re nō p̄nt: ꝛ dicitur eis Quid credis
insane? Vides qd̄ credis? Reūsus ē a
liquis ab īferis ꝛ retulit tibi quid ibi
agitur? Ecce ego qd̄ amo video: fru
or Despiceris qꝛ sp̄as qd̄ non vides
ꝛ despicit te ille qui quasi tenet qd̄ vi
det Attende ip̄e si tenet noli turbari
vide si ip̄e tenet ꝛ non tibi insultet ne
cum putas eum felicem in p̄nti amit
tas veraꝫ felicitatem futuram Noli
turbari: attēde si tenet Labitur hoc
ab illo quod tenet vľ ip̄e ab eo quod
tenet: necesse est transeat aut ip̄e per
res suas aut res ip̄ius per illuꝫ Per
quem res transeunt sue? Qui viuus
labefactus erit. Qui transit per res
suas? Qui in diuicijs moritur: quia
cum moritur nō eas secum affert ad
inferos Domum meam habeo iac-
tauit se Queris quam domū tuam?
Quam michi dimisit pater meus Et
ille vnde habuit hāc domum? Auus
noster illi eam dimisit Recurre ꝛ ad
proauum inde ad atauum: ꝛ iam no
mina non potes dicere Nonne inde
potius terreris quia multos atten-
dis transisse per illam domum ꝛ ne-
minem ipsorum secū illam tulisse ad
eternā domum? Pater tuus h eam

dimisit .transijt per illā :sic ⁊ tu tran=
sibis Si ergo transitū habetis in do
mo vestra .stabulum est transeunti=
um nō habitatio cōmanentium :⁊ tn̄
qꝛ nos ea que futura sunt spamꝰ ⁊ i
futuram felicitatem suspiramꝰ ⁊ nō
dum appuit qđ erimus ꝗuis iam fi=
lij dei sumꝰ . qꝛ vita nostra abscondi
ta est cū xp̄o in deo :repleti sumꝰ des
pectione id est ꝯtemptu ab hijs q̇ fe=
licitatem querūt vel habent in isto se
culo In plurimū repleta est aiā nos=
tra :obprobrium eis q̇ habundant et
despectio superbis Querebamꝰ qui
sunt qui habūdant : exposuit tibi cuꝫ
dixit superbis Nō est aūt obprobriū
hoc est despectꝰ :⁊ qđ est qui habun=
dant hoc ē supbis Repetitio senten
cie est :⁊ obprobriū eis q̇ habundant
⁊ despectio supbis Quare habūdāt
superbi : Quia hic volunt esse felices
Quid ⁊ qn̄ ipi miseri sunt .nūquid ha
bundant: Sed forte qn̄ miseri sunt n̄
nobis insultāt Intendat caritas vr̄ā
Tūc insultant forte qn̄ felices sc̄ quā
do se iactant in pōpa diuiciarū suarū
qn̄ se iactant in ventositate falsorum
honoꝝ Tūc insultant nobis ⁊ q̄si di=
cunt .ecce bn̄ michi est .fruoꝛ ego re=
bus pn̄tibꝫ . recedant a me q̇ promit
tunt qđ nō ostendūt. qđ video teneo
qđ video fruoꝛ bn̄ michi fit in hac vi=
ta Tu securioꝛ esto qꝛ resurrexit xp̄s
⁊ docuit te quid in alia vita daturus
sit Certus esto qꝛ dat :sed insultat il=
le qꝛ tenet Ferto insultantē : ⁊ rideƀ
gementem Postea em̄ veniet tēpus
qn̄ dicturi sunt illi ipi. hij sc̄ quos ha=
buimus in risum Verba sunt libri sa
pientie . qꝛ ꝓdidit nobis scriptura q̄
dictura sunt illi ipi . qui nos mō irri=
dent ⁊ qui nos despitiunt : ⁊ a quibꝫ
impleti sumꝰ obprobrio ⁊ despectio
ne Que v̄ba habebunt tūc qn̄ a veri=
tate despiciuntur : Vident em̄ ad dex
teram fulgere quos secum ꝯmixtos
cōtempserant . cū factum fuerit in il
lis qđ dixit apl's. cū xp̄ūs apparuerit
vita vestra tūc ⁊ vos cū illo appare=
bitis in gl'a :⁊ dicunt hij sunt quos a
liqn̄ habuimꝰ in risum ⁊ in similitudi
nē improperij Nos insensati vitam
illoꝝ estimabamꝰ insaniam ⁊ finem
illoꝝ sine honore Quō cōputati sc̄ in
ter filios dei .⁊ inter sanctos sors il=
lorum est : Et sequūtur in eo sermoē
⁊ adicient . g̊ erraui mꝰ a via veritatꝭ
⁊ iusticie lumen nō luxit nobis :⁊ sol
non ortus est nobis Quid ꝓfuit no
bis superbia .⁊ diuiciarū iactacio qđ
ꝯtulit nobis : Ibi tu non eis insultas
qꝛ ibi sibi iam insultant Nō donec fi
at frēs leuemꝰ oculos nr̄ōs ad eum
qui habitat in celo ⁊ nō ab illo tolla=
mus ocl'os quoadusq; misereatꝛ nr̄i
⁊ liberet ab omni temptatione et ob
probrio et despectu Huc accedit qđ
aliqn̄ ⁊ ipi qui sunt in flagello infeli=
citatis tp̄alis insultant nobis Inue
nis aliquem ꝓ merito iniqtatū suaꝝ
siue occulto iudicio dei . siue manifes
ta dāpnatione mitti in carcerem por
tare cathenam .⁊ ipē insultat :et cum
ei dictum fuerit quare non bn̄ vixisti
ecce quomodo venisti male viuēdo
ille rn̄det Quare illi qui bn̄ viuūt ista
paciuntur : Sed illi ꝓpterea paciun
tur vt ꝓbentur in temptationibꝫ ex=
erceantur vt flagellis ꝓficiant :qꝛ fla
gellat omnē filiū quē recipit Et si vni
cum sine pccō flagellauit et ꝓ omni=
bus tradidit eum . quō debemꝰ nos
flagellari qui fecimꝰ q̄re flagellemur
Cum ista dixerimus illis ⁊ de infeli=
citate ad hec supbiunt ⁊ afflicti non=
dum humiliati rn̄dent .et dicunt ista
sunt v̄ba xp̄ianoꝝ vanoꝝ qui credūt
qđ nō vident Sed ⁊ ipi insultant .qđ

putamus frēs quasi nō eos cōme-
moratos in h̄ psalmo cū diceret. ob-
probrium eis qui habūdant ⁊ despec
tio sup̄bis. Qn̄quidē insultatur cris-
tianis ⁊ ab eis qui nō habūdant: sed
cū sint in egestate ⁊ erūpnis nec ipsi
cessant insultare Certe ergo obpro-
brium eis q̇ habūdant An forte nul-
lus inuenitur qui eciā positꝰ in cala-
mitate insultet. Si non insultauit la
tro qui cū crucifixo dn̄o crucifixꝰ e-
rat. Ergo si iusultant et illi qui nō ha
bundāt. quare psalmꝰ ait. obprobri
um eis qui habūdant. Si diligenter
discutiamꝰ ⁊ ipi habūdant Vn̄ habū
dant. Nam nisi habūdarent superbi
nō eēn̄t Aliꝰ em̄ habūdat pecunia et
in̄ superbus est aliꝰ habūdat hono-
ribus ⁊ in̄ superbus est aliꝰ habūda
re se iusticia putat ⁊ in̄ sup̄bit qd̄ pe-
ius ē Qui videntur nō habūdare pe
cunia. iusticia sibi videntur habūda-
re adu̇sus deum ⁊ positi in calamita
tibus se iustificāt. deū accusant ⁊ di-
cunt Quid admisi aut q̇d feci. Et tu
dicꝫ respice. recordaē pccā tua si nich
il fecisti Titillatur aliquātum consci
entia ⁊ redit ad se ⁊ cogitat facta sua
mala: ⁊ cū cogitauerit facta sua ma-
la nec sibi vult cōfiteri qꝛ digna pati
tur sed dicit ecce manifeste feci mul-
ta sed multos video peiora fecisse et
nichil mali pati: iustꝰ est cōtra deum
Habūdat ergo et ip̄e plenum habet
pectus iusticia. qn̄quidem illi deꝰ vi
detur malefacere ⁊ ip̄e sibi videtꝛ in-
iuste pati ⁊ si dares illi nauim guber
nandā in naufragiū iret cū illa Vult
aūt deū excutere de gubernatiōē hꝰ
mūdi: ⁊ ip̄e tenere gubernacula crea
ture ⁊ distribuere omnibꝫ dolores ⁊
leticias. penas ⁊ p̄mia Infelix aiā et
quid miramini. Habūdat sed habū-
dat nequicia habundat malicia: ⁊ eo
plus habūdat nequicia. quo sibi vi-
detur habūdare iusticia Atuero xpi-
anus hō non debet habūdare. sꝫ pau
perem se debet cognoscere: ⁊ si habꝫ
diuicias scire debet qꝛ nō sunt ille v̄e
diuicie vt alias desideret Qui em̄ di-
uicias falsas desiderat veras nō que
rit Qui aūt veras q̄rit adhuc pauper
est: ⁊ recte dicit pauper ⁊ dolēs ego
sum Rursus ille q̇ paup̱ est ⁊ nequi-
cia plenus est Vn̄ dicitur habūdare.
Quia displicet illi qꝛ paup̱ est: ⁊ iusti
cia ip̄a videtur habūdare in corde su
o adu̇sum iusticiam dei Et q̄ habun-
dātia iusticie nostre. Quātacūqꝫ ius
ticia in nobis fuerit. ros ē nescio q̇s
ad illū fontem ad saginā illā tantam
stillicidia q̄dam sunt. q̄ vitam nrām
molliant. ⁊ duram iniq̇tatem soluāt
Mō desideremꝰ de pleno fonte ius
ticie saginari: desideremꝰ vbertate il
la saciari de qua dicitur in psalmo in
ebriabuntur ab vbertate domus tue
⁊ torrēte voluptatꝫ tue potabis eos
Hic aūt cū sumꝰ. inopes nos eē ītel
ligamꝰ ⁊ egentes nō solum haruꝫ di
uiciarum qꝛ non sunt v̄e diuicie sꝫ et
ip̄iꝰ salutis Et qn̄ sani sumus: intelli
gamꝰ qꝛ infirmamur Qm̄ diu enim
corpꝰ hoc esurit ⁊ sitit. q̄ꝫ diu corpus
hoc vigilando fatigatur stando fati
gatur ambulando fatigatur sedēdo
fatigatur mādūcādo fatigatur q̇cū-
qꝫ se v̄terit ad subsidium fatigatiōis
ibi inueniet aliā fatigationē Non ē
ergo p̱fcā sanitas nec in ip̄o corpore
Non sunt ergo ille diuicie sed mendi
citas: qꝛ quātomagis habūdant tā-
to crescit inopia ⁊ auaricia Non est
ista salus corporis sꝫ infirmitas Pa
regorisamur cotidie medicamētꝫ dei
quia māducamus ⁊ bibimus Me-
dicamenta ip̄a sunt que nobis appo
nūtur Fratres. si vultis videre qual

morbus nos habeat: qui ieiunat sep tem diebꝫ. fame cõsumitur Ergo illa fames ibi est: sed iõ illam nõ sentis. quia cotidie illam curas Ergo nec ip sa sanitas nobis est pfecta Intēdat caritas vestra quõ nos intelligam⁹ inopes vt gaudeam⁹ ad eũ: et leue- mus ocl'os ad eum qui habitat in ce lo Non sunt ille ṽe diuicie: plus au- gent cupiditatem eis q̃ eas possidēt Nõ est illa ṽa corpis sanitas qꝛ por tatur ifirmitas vbiqꝫ defectiua: quo cũqꝫ se verterit deficit In ipo adiu- torio nõ inuenies firmamentũ Las satur stando sedere vult: nũqd vl' se- dendo durauit qd sibi elegit vt nõ fa tigaretur? Ibi habet deficere Lassa tus est vigilando dormitur⁹ ē nũqd qui dormiuit nõ deficit? Lassat⁹ est ieiunando: refectur⁹ est Si plus re- fecerit: inde deficit In nulla re pt p- seuerare ista infirmitas Iusticia qd? Quãta iusticia est inter tãtas tēpta- tiones? Possum⁹ cõtinere ab homi cidio ab adulterio a furtis ꝛ piuriꝭ a fraudibꝫ. nũquid ab iniquis cogita tionibꝫ? Nũquid et a suggestionibꝫ malarũ cupiditatũ? Que est ergo ius ticia nrã? Totũ ergo esuriam⁹ totuꝫ sitiam⁹: ꝛ veras diuicias ꝛ verã sani tatem ꝛ veram iusticiam Que sũt ve re diuicie? Celestis illa mãsio in ihe- rusalem Quis eñ dicitur diues i hac terra? Qñ laudatur diues q̃ dicitur? Mltũ diues ē: nichil illi deest Laus certa laudantis illa est: nam ista non est Cum dicit nichil illi deest: atten- de si nichil illi deest Si nichil cupit nl' illi deest Si aũt adhuc cupit maiora q̃ que habet: ad hoc accesserunt diui cie vt egestas cresceret In illa ṽo ci- uitate ṽe erũt diuicie qꝛ ibi nichil no bis deerit: qꝛ nec indigebim⁹ aliq̃ re ꝛ ṽa sanitas erit Que est ṽa sanitas?

Cum absorta fuerit mors in victo- ria et cum corruptibile hoc induerit incorruptionē ꝛ mortale hoc indue- rit imortalitatem: tunc erit ṽa sani- tas tũc erit ṽa ꝛ pfecta iusticia vt nl' mali nõ solum facere. sed nec cogita re possim⁹ Mõ ãt inopes paupes egentes dolentes suspiramus gemi mus oram⁹. leuam⁹ ocl'os ad deum qm̃ ꝛ illi qui felices sũt in hꝯ mũdo des- piciunt nos. habũdant eñ ꝛ illi: q̃ in felices sunt in hoc sclo despiciũt nos qꝛ ꝛ ipi habũdant ꝛ iusticia est in cor de ipoꝝ sed falsa Iõ nõ pueniunt ad veram: qꝛ repleti sunt falsa Tu ãt vt puenias ad verã esto egens et mē- dicus ipi⁹ iusticie: ꝛ audi euangeliuꝫ beati q̃ esuriunt ꝛ sitiunt iusticiã qm̃ ipi saturabuntur

Explicit ps cxxij⁹ Incipit ps cxicesi mus terci⁹

Bene nostꝫ iã frēs carissimi cãticum gduum eē cãticuꝫ ascensionis nostre: eãdem qꝫ ascensionem nõ corpis pedibꝫ fie ri sed cordis affectibꝫ Hoc sepissime insinuauim⁹ vobis. nec eadē sepius repetenda sunt: vt sit loc⁹ dicendi q̃ nõdũ dicta sunt Et ergo iste psalm⁹ quē nũc vobis cãtatum audistis cã- ticum graduum superscribitur ipe ē titul⁹ ei⁹ Cãtant ergo ascendētes ꝛ aliqñ tanq̃m vn⁹ cãtat aliqñ tanq̃m multi qꝛ ꝛ multi vn⁹. qꝛ ꝛ vnus xp̄us ꝛ in xp̄o mēbra cristi cũ xp̄o vnuꝫ fa- ciunt: ꝛ horum omnium mēbrorum caput in celo est Corpus aũt eciam si laborat in terra non est precisum a capite suo: desuper ei caput pspicit ꝛ consulit corpori Nam si nõ cõsule ret non diceret illi persecutori adhuc saulo nõdum paulo. saule saule quid me psēqris? Et hec optime nostis et vsitata sunt vobis Nõ aũt cum fasti

dio ꝯmemorentur eis quibꝫ non ex-
ciderunt: vt per eoꝝ pacientiã rede-
ant in cor eciã eoꝝ quibꝫ exciderant
Salubria sunt em̃ ⁊ sepius dicenda
Sive ergo vnus cãtet siue multi cã
tent ⁊ multi hoĩes vn⁹ homo ẽ quia
vnitas est: et xp̃us sicut dixim⁹ vn⁹
est. et omnes xp̃iani mẽbra sunt xp̃i
Quid ergo isti cantant? Hec mẽbra
cristi quid cãtant? Amant em̃ ⁊ amã
do cãtant: ⁊ desiderando cãtant Ali
quando cum tribulatione cãtant ⁊ a
liqñ exultando cantant cum in spe cã
tant Tribulatio enim nostra in p̃nti
seculo. spes enim nostra in futuro ⁊
ñi tribulatione p̃ntis seculi ꝯsoletur
nos spe futuri seculi perim⁹ Gaudi-
um ergo nostrum fratres nõdum ẽ
in re. sed iam in spe: spes aũt nostra
tam certa est. quasi iam res perfecta
sit Neqꝫ em̃ timemus ꝓmittẽte ve-
ritate: veritas em̃ nec falli potest nec
fallere Bonum est vt hereamus illi
illa nos liberat. sed si manserim⁹ in
verbo eius Nõ enim credim⁹ tunc
videbimus Cum credimus spes est
in isto s̃clo. cum videbimus res erit
in futuro seculo: videbim⁹ autem fa
cie ad faciem Tunc aũt videbim⁹ fa
cie ad faciem: cũ habuerimus corda
mũdata Beati enim mundo corde q̃
niam ipi deum videbunt Vñ aũt cor
da mũdantur nisi per fidem? Sicut
petrus ait in actibꝫ apostolorũ mũ-
dans fide corda eorum Mũdantur
aũt corda nostra per fidem: vt pos-
sint eẽ ydonea capere speciẽ Ambu-
lamus enim nũc per fidem nõdũ per
specieꝫ: sicut apostolus dicit q̃ꝺ diu
sum⁹ in corpe pegrinamur a domi-
no Et q̃d est pegrinamur? Per fideꝫ
enim ambulam⁹ inq̃t. non per speci
em Qui ergo peregrinatur ⁊ per fi-
dem ambulat. nondũ est in patria ſꝫ
iã est in via: qui aũt nec credidit. nec
in patria est nec in via Si ergo am-
bulem⁹ tanq̃m in via sim⁹: q꞉ ip̃e rex
patrie factus est via Rex patrie nos
tre dñs ih̃us xp̃us: ⁊ ibi veritas h̃ ãt
via Quo imus? Ad v̄itatẽ Qua im⁹?
Per fidẽ Quo imus? Ad xp̃m Qua
imus? Per cristuꝫ Ip̃e em̃ dixit ego
sum via: veritas ⁊ vita Dixerat autẽ
aliqñ credentibus in se. si manseritis
in verbo meo vere discipuli mei eſtꝭ
⁊ cognoscetis veritatem ⁊ veritas li
berabit vos Et cognoscetis inq̃t ve-
ritatem si manseritis in verbo meo.
In quo verbo? Sicut dicit aposto-
lus h̃ est v̄bum fidei q̃d predicamus
Primo ergo verbuꝫ fidei est: in quo
verbo fidei si manserimus. cognos-
cemus veritatem ⁊ veritas liberabit
nos Veritas imortalis est. veritas i
cõmutabilis est: veritas illud v̄bum
est de quo dicit͛. in principio erat v̄-
bum ⁊ v̄bum erat apud deũ ⁊ de⁹ e-
rat v̄bum Et q̃s hoc videt nisi corde
mũdato? Vñ mũdantur corda? Et v̄
bum caro factum est et habitauit in
nobis Qd ergo manet v̄bũ in se ve-
ritas est: ad quã venimus et q̃ nos li
berat Qd aũt predicatur v̄bum fidei
i quo nos vult dñs ꝑmanere vt cog
noscamus veritatem: h̃ est verbũ ca
ro factum est ⁊ habitauit in nob Cre
dis in xp̃m natum in carne: ⁊ perue
nies ad xp̃m natum de deo deũ ap̃d
deum Exultantes cãtent isti q̃s legi
mus: mẽbra ista xp̃i exultãt iam ⁊ cã
tant psalmũ istum Et quis h̃ exultat
nisi i spe sicut dixi? Et nobis certa sit
ip̃a spes: ⁊ exultando cantem⁹ Non
enim qui cantant alieni sunt a nobis
aut non in hoc psalmo vox nostra ẽ
Sic audite tanq̃m vosip̃os audiatis
sic audite tanq̃m in speculo scriptu-
rarum vosip̃os attendatis Cum em̃

tanq̄m speculuꝫ attendis scripturas
exhilaratur facies tua: cū similem te
inuenies exultatione spei mēbris q-
busdam xp̄i q̄ mēbra ista cantarunt
eris ⁊ tu in ip̄is mēbris ⁊ cantabis is-
ta Cur ergo ista cantant exultando?
Quia euaserunt Ergo spes ē in qua
cantant Cum eñ hic sumꝰ ⁊ ꝑegrina
mur nōdum euasimus Precesserūt
quidē mēbra quedā de corꝑe illo de q̊
⁊ nos sumꝰ. q̄ p̄n̄t in v̄itate cātare ⁊
hoc cātarunt martires sancti Iā eñ
euaserunt et in exultatione cū xp̄o sī
recepturi corꝑa iam incorrupta ea-
dem ip̄a que ꝑmo erant corruptibi-
lia: in quibꝫ passi sunt penas iñ illis fi
ent ornamenta iusticie Ergo siue illi
iam in re siue nos iā in spe ɔiungen-
tes affectum coronis eoꝝ ⁊ deside-
rantes talem vitam q̄lem ħ nō habe
mus. sed habere nō poterimꝰ nisi eā
hic desiderauerimꝰ: cantemꝰ filꝫ om
nes ⁊ dicamꝰ

Psalmꝰ

NIsi qꝛ dn̄s erat in nobis Res
pexerūt eñ quidā tribulationes q̄s
passi sunt ⁊ cōsiderauerūt in eo iā lo
co ⁊ in beatitudine ⁊ in securitate cō
stituti q̄ trāsierint quo venerint ⁊ qꝛ
difficile erat iñ liberari ñ adesset ma-
nus liberantis in gaudio dixerūt. ni
si qꝛ dn̄s erat in nobis Sic ceperunt
cantare. nōdum dixerunt vñ euasert
tāta ē exultatio nisi qꝛ dn̄s erat in no
bis Dicat nūc isrl̄ nisi qꝛ dn̄s erat
in nobis Nūc dicat. iā euasit Euadē
tes eñ id est eos qui iā euaserūt ɔsti
tuit intuēdos psalmꝰ iste Cōstitua-
mus illos ⁊ nos in corde iam trium
phantes ⁊ tāq̄m ibi ⁊ nos simꝰ sicut
in supiore psalmo dictū est: stantes
erāt pedes nostri in atriis ihrl̄m Nō
dum ibi erant sed in via erant Tāta
An quia trinitas nō sunt tres dij. sed vnus deus. ad id refert᷑ quod solus de⁹ fecit. quia non creaturā per creaturā fecit. Sed quid est qui firmauit terrā super aquas. Obscura enī questio est quia terra grauior videt᷑ vt non portari aquis. sed aquas poti⁹ portare credatur De qua rene aduersus eos qui se putant ista certis rationib⁹ cōperisse cōtenciose scripturas nostras defendere videamur siue illud ita. siue aliter sit. habemus quod de proximo intelligam⁹. terrā que habitatur ab hominib⁹ et terestria cōtinet aīalia. que alio modo in scripturis arida dicitur sicut scriptū est. appareat arida. ꝛ vocauit de⁹ aridā terrā super aquas eē fundatā qđ aquis circūfluētib⁹ supeminet Nō enī que dicitur litoraria ciuitas sup maria fundata. ita sub ea mare est. Q̄admodū sunt aque sub spelūcarū cameris aut sub nauibus supnatantib⁹. s; ideo super mare dꝛ. quia inferiori mari supeminet Sic dictus est pharao exisse super aquā. ita enī habet grecus. quod quidā latini habēt ad aquā. sic dn̄s super puteū sedebat quod ambo supiores essent. quā flumen et puteus. ille iuxta flumen. iste iuxta puteū Si autē eciā aliqđ aliud quod ad nos magis ptinet ista dicta significant. fecit deus celos in itellectu spūāles sanctos suos. quibus non tantū credere. verū eciā intelligere diuina donauit. hoc qui nondū possunt et solā fidem firmissimā tenent. tanq̄ infra celos terre nomine figurant᷑ ꝛ quia in baptismo quē acceperunt in cōcussa credulitate consistunt. ideo dictū est firmauit terrā super aquas Item quia dictū est de domino xp̄o qđ in illo sunt oēs thezauri sapientie et sciētie absconditi. hec autē duo id est sapiētiā et sciētiā distare inter se aliquid alia q̄ȝ scripturarū testant᷑ eloquia. maxime loquēte sancto iob. vbi q̄dāmodo singula definiunt᷑. dixit autē hoī. ecce pietas est sapīa. abstinere autē a malo scientia est. non incōgruenter intelligim⁹ sapientiā in cognitione ꝛ dilectione ei⁹ quod sp est atq̄ȝ incōmutabiliter manet quod de⁹ est Nā et qđ ait. ecce pietas est sapientia. theosebia dicta est in greco. quod vt totū latine exp̄mamur dei cult⁹ dici potest Abstinere autē a malo quod dixit eē scientiā qđ est aliud. q̄ȝ in medio nationis tortuose et puerse tāq̄ȝ in nocte huius seculi caute prudēterq̄ȝ versari. vt abstinēdo quisq̄ȝ ab īiquitate. non cōfundat᷑ tenebris p̄pij muneris luce discret⁹. Cū ergo quodā loco aplūs cōcordem gratiīs dei varietatē in hoībus dei vellet ostendē. hec ī p̄mis duo posuit dicēs. alij quidē dat᷑ per spm̄ sermo sapientie. hoc eē arbitror. solē in potestate diei. alij sermo scientie scd̄m eundē spm̄. hoc est lunā Deinde q̄dāmodo stellas. cōmemorari puto ī eo quod dicit᷑ alij fides in eodem spū. alij curationū donatio in vno spū. alij opatioēs v̄tutū. alij p̄phecia. alij dinatio spuuȝ alij genera linguarū. alij interp̄tatio sermonū. Nichil enī horū est quod in huius seculi nocte. non sit necessariū que cū transierit necessaria ista non erunt. ideo in potestatē noctis. In potestate quippe ait vel diei vel noctis. vt potestas esset diei lucē vel nocte. quod in spūālibi⁹ donis sic intelligitur. quia dedit potestatē filios dei fieri Qui percussit egyptū cū p̄mogenitis eorū Qui pcussit et scl'm. cum hijs que precipua putantur in seculo Qui eduxit israhel de medio

eoꝝ Educit eciam sanctos ac fideles
suos de medio maloꝝ. In manu
potenti et brachio excelso. Quid po
tentius quid excellentiꝰ eo quod dic
tũ est. et brachiũ domini cui reuelatũ
est. Qui diuisit mare rubrũ in diui
siones Diuidit etiã vt vnus atqꝫ idẽ
baptismus aliis fit in vitam. aliis fit
in mortẽ Et eduxit israhel per me
diũ eius Educit etiam innouatũ po
pulũ suum per lauachrũ regñatiõis
Et excussit pharaonẽ et virtutem
eius in mari rubro Celeriter interi-
mit et peccatũ suum reatũ qꝫ eiꝰ per
baptismũ Qui traduxit populũ su
ũ indeserto Traducit et nos in huiꝰ
seculi ariditate et sterilitate ne in ea
pereamꝰ Qui pcussit reges mag-
nos et occidit reges fortes Percu-
tit atqꝫ occidit etiã a nobis dyaboli-
cas et noxias potestates Seon re
gem amorreorũ. Sermẽ inutile vel
temptationẽ calentẽ. quod interpre
tatꝛ seon. regem amaricãtiũ quod in
terpretatꝛ amorreorũ Et og regẽ
basan. coaceruantẽ quod interpreta
tꝛ og ꝛ regem cõfusiõis quod inter-
pretatꝛ basan Quid eñi coaceruat dy
abolus. nisi confusionẽ. Et dedit
terrã eoꝝ hereditatẽ. hereditatẽ isra
hel seruo suo. Dat etiam quos dya-
bolus possidebat hereditatẽ semini
abrahe quod est xpũs Quia in hui
litate nostra memor fuit nostri. et re
demit nos ab inimicis nr̃is. sanguie
vnigeniti sui Qui dat escam omni
carni. hoc est oĩ hominũ generi. non
tantũ isrl̃itaꝝ sed et gentiũ. de qua es
ca dicitꝛ. caro mea vera ẽ esca Con
fitemini deo celi. quoniã i eternũ mi
sericordia eiꝰ Confitemini domino
dominorũ quoniã in eternũ miseri-
cordia eiꝰ Quod hic ait deo celi. cre-
do aliter dicere voluit quod supͣ dixe
rat deo deoꝝ Nam quod ibi deinde
subiunxit. hoc etiam hic repetiuit. cõ
fitemini domino dominorũ Sed et
si sunt qui dicuntꝛ dii siue in celo siue
in terra. quẽadmodũ sunt dii multi
et domini multi. sed nobis vnus est
deus pr̃ ex quo oĩa et nos in ipsum.
et vnus dominꝰ ihũs xpũs per quẽ
oĩa et nos per ipsum. cui cõfitemur
quoniã in eternũ mĩa eius

Explicit psalmꝰ C.xxxv. Incipit psal
mus C.xxxvi.

OBlitos vos nõ arbitror eẽ
cõmẽdasse nos vobis. ym-
mo cõmemorasse vos. qđ
omnis eruditꝰ i sancta ecclesia nosse
debet. vnde ciues simꝰ ꝛ vbi peregri
nemur. et pegrinationis nostre cau
sam esse peccatũ. reuersiõis aũt mu-
nꝰ remissionẽ peccatorũ. et iustifica
tionẽ gracie dei. duas ciuitates per-
mixtas sibi iterim corpore et corde
separatas currẽ p ista volumia sclo
rũ vsqꝫ in finem. Audistis et nostis
vnã cui finis est pax eterna. et voca-
tur iherusalẽ. alterã cui gaudium est
pax tp̃alis et vocatur babilonia In
terpretatiões etiam noim si non fal
lor tenetis iherusalẽ interpretari vi-
sionẽ pacis babiloniã confusionem
Iherusalẽ in babilonia captiua tene
batꝛ non tota. ciues eñi eius et ange
li sunt. sed quod attinet ad homines
predestinatos in gloriã dei. futuros
per adoptionẽ coheredes xpi. quos
de ipa captiuitate redemit sanguine
suo Particulã ergo istã ciuitatis ihe
rusalẽ captiuã teneri in babilonia p
peccato. incipe autẽ inde exire prius
corde per confessionẽ iniquitatis et
caritatẽ iusticie deinde postea in fi-
ne seculi etiam corpe seperandã con

mendauim⁹ i eo psalmo quē primo
hic cū vestra dignatione tractauim⁹
qui ita incipit te decet ymn⁹ deus in
syon ⁊ tibi reddetur votū in ihr̄l'z ho
dierna aūt die cantauimus ¶ Ps
SUper flumina babilonis illic
sedimus ⁊ fleuimus dū recor
daremur syon Videte q̄r in illo dictū
est. te decet ymnus deus in syon: hic
aūt. super flumina babilonis illic se-
dimus ⁊ fleuimus cū recordaremur
syon Illa syon vbi decet ymn⁹ deuz.
Que sunt ergo flumina babilonis ⁊
quid ē nostrū sedere ⁊ flere in recor-
datione syon Si em̄ ciues iā sumus
non tm̄ hoc cantauim⁹ sed ⁊ agim⁹.
Si ciues sumus de ihr̄l'm id est de sy
on et in ista vita in ista cōfusione h⁹
seculi. in ista babilonia non ciues ha
bitam⁹ sed captiui detinemur: opor
tet vt non tātum ista decantem⁹ sed
⁊ faciamus affectu cordis pio religi
oso desiderio eterne ciuitatis Habz
⁊ hec ciuitas que babilonia dicitur a
matores suos cōsulentes paci tp̄ali
⁊ nichil vltra sperantes. totūq̄ gau-
dium suum ibi figentes ibi finientes
⁊ videmus eos pro republica terre-
na plurimū laborare. sed et in ea qui
cūq̄ fideliter versantur si nō ibi ap-
petant sup̄biam et perituram elatio
nem ociosamq̄ iactantiam. sed verā
fidem exhibeāt q̄ꝫ possunt q̄ꝫdiu pos
sunt quibz possunt: ad quātum vidēt
terrena ⁊ ad quātum intelligūt spēm
ciuitatis nō eos sinit deus perire in
babilonia Predestinauit em̄ eos ci-
ues iherusalem. intelligit captiuita-
tem eoꝝ deus: ⁊ oñdit illis aliam ci-
uitatem cui vere debeāt suspirare ꝓ
qua debeant cuncta conari. ad quam
capescendam debeant ciues suos se
cum p̄egrinos quātum valuerint ad

hortari Propterea dicit dn̄s ihesus
cristus. qui in modico fidelis est ⁊ in
magno fidelis est: ⁊ rursum dicit. si i
alieno fideles non fuistis. vestrū q̄s
dabit vobis: Tamen carissimi atten
dite flumina babilonis Flumina ba
bilonis sunt oiā q̄ hic amantur ⁊ trā-
seunt Nescio quis amauit verbi gra
cia agriculturā: ipam exercere iā di-
tescere. ibi occupare animū iā perci-
pere voluptatem. attendat exitū ⁊ vi
deat illud qđ amauit non esse funda-
mentum ihr̄l'm sed fluuium babilōis
Alius dixit: magna res militare. oēs
agricole formidant eos qui militant
obsequūtur eis trement eos: si fue-
ro agricola timebo militarē. si fuero
militaris timebor ab agricola O in-
sane. in alium te babilonis fluuiū p̄-
cipitasti ⁊ turbulentiorem ⁊ rapaci-
orem ⁊ cū tu timeri vis a minore ti-
me maiorem potestatem: te ip̄e ma
ior fieri potest. subito q̄ te timet nū-
q̄m aūt erit minor quē debes timere
Aduocatū eē inquit magna res ē po
tentissima eloquētia in omnibz habe
re susceptos. pendentes ex lingua di
serti patroni sui. ⁊ ex eius ore speran
tes vel dāpna vel lucra: vel mortem
vel vitā vel p̄niciem vel salutē Nescꝫ
quo te miseris Alius ⁊ iste fluui⁹ ba
bilonis est: ⁊ qđ multum sonat stre-
pitus aque saxa p̄cutit Attende quia
fluit. attende q̄r labitur. ⁊ si attendas
q̄r fluit ⁊ labitur: caue q̄r trahit Na-
uigare inquit alius ⁊ negociari mag
num est: sciē multas ꝓuincias lucra
vndiq̄ capere non esse obnoxium in
ciuitate alicui potenti semp̄ peregri
nari ⁊ diuersitate nationum animaꝫ
pascere: ⁊ augmentis lucrorum diui
tem remeare Fluuius est ⁊ iste babi
lonis Lucra tua quando stabunt qñ

p̄sumpturus qm̄ securus eris ex hijs
que acquiris? Quāto eris ditior: tā-
to timidior Vno naufragio nud⁹ exi
bis: et recte te plangis in flumina ba
bilonis qr noluisti sedere et flere sup
flumina babilonis Alij g̊ ciues sanc-
te iherusalem intelligentes captiui-
tatem suā .attendūt humana vota et
diuersas hominum cupiditates hac
atq illac rapientes. trahentes impel
lentes in mare. vident hᵉ et non se mit
tunt in flumina babilonis sed sedent
super flumina babilonis et flent sup
flumina babilonis vel illos qui rapi
untur vel seip̄os qui in babilonia eē
meruerunt: sedentes tm̄ hoc ē humi
litate humiliati Sup fluminā ergo ba
bilonis illic sedimus et fleuim⁹: cum
recordarem² syon O sancta syon vbi
totum stat et nichil fluit quis nos in
ista p̄cipitauit? Quare dimisim⁹ con
ditorem tuū et societatem tuā? Ecce
inter fluentia et labentia ɔstituti: vix
quisq raptus a flumine si tenere lig
num potuerit euadet Humiliati er-
go in captiuitate nostra sedeam⁹ su
per flumina babilonis: nō nos aude
amus in illis fluminibz p̄cipitare nec
nos audeamus in nostre captiuita-
tis malo atq tristicia supbe erigere.
sed sedeamus et sic fleamus. sedeam⁹
sup flumina babilonis non infra flu
mina babilonis: talis sit hūilitas nos
tra vt nos non mergat Sede super
flumina. noli in flumine. noli sub flu
mine sed tm̄ sede humilis: loquere nō
quomō in iherusalem Ibi em̄ nō sta
bis qr de ipa spe loquitur alius psal-
mus et cantat dicens: stantes erant
pedes nostri in atrijs tuis ihrl'm Ibi
erigeris si te hic penitendo et cōfitē-
do humiliaueris In atrijs ergo ihe-
rusalem stantes erant pedes nostri

super flumina ᵽo babilonis sedim⁹
et fleuim⁹ cū recordaremur syon In
de oportet vt fleas recordādo syon.
Multi enim flent fletu babilonio. qr
et gaudēt gaudio babilonio Qui gau
det lucris et flet dampnis: vtrūq de
babilonio est Flere debes: sed recor
dando syon Si recordādo syon fles
et qm̄ tibi scd̄m babiloniam bene ē o-
portet vt fleas Propterea dicitur in
quodam psalmo: tribulationē et do
lorem inueni et nomen domini inuo
caui Quid ē qd̄ dicit inueni? Nescio
quā tribulationem quasi querendaz
inuenit tanqm q̄sitam. et cū inuenissz
quo lucro inuenit? Nomen domini
inuocauit Multum interest vtrū in
uenias tribulationez: an inueniaris
a tribulatione Dicit em̄ alio loco do
lores inferni inuenerunt me Quid ē
inuenerūt me dolores inferni? Quid
est tribulationem et dolorem inueni?
Qm̄ te repente occupat tristicia per
turbatis tibi rebus secularibz quibz
oblectabaris et quibus delectabaris
qm̄ te repentina ipsa inuenit tristicia
vn̄ te nō putabas posse fieri tristem
accidit et tristꝫ efficeris: inuenit te do
lor inferni Te enim sursum putabas
perūptamē deorsum eras: et cum te
dolor inferni inueniret ibi te inuenis
ti deorsum qui sursum putabas In-
uenisti enim te dolore affectum gra
uiter tristicia alic⁹ mali Vn̄ forte pre
sumpseras nō forte tristem: inuenit
te dolor inferni Cum āt bene est tibi
arrident omnia secularia. nullus tu
orum obijt. nichil in vinea tua forte
vel aruit vel grandinatum est vel ste
rile apparuit. non acuit cupa tua. n̄
abortum passum est pecus tuū non
exhoneratus es in aliqua dignitate.
scd̄m seculum cōstitutus vndiq ami

ci tui ⁊ viuunt et seruant tibi amicici
am .clientes nō desunt .filij obsequū
tur .serui cōtremiscunt . cōiunx con-
cors : felix dicitur domꝰ ibi inuenis
tribulationem si aliqn̄ potes vt inuē
ta tribulatione inuoces nomen do-
mini Perisum aliquid videtur doce
re sermo diuinus :flere in leticia ⁊ in
merore letari Audi in merore letan-
tem gloriamur inquit in tribulatio-
nibus Flentem aūt in leticia : vide si
inuenit tribulationem Attēdat q̄sq̄
ipam felicitatem suā quo exultauit a
nima eiꝰ : ⁊ timuit quodāmodo gau
dio ⁊ extulit se ⁊ dixit felix sum Attē
dat si non fluit illa felicitas :si potest
certus eē de illa qꝛ manet ineternum
Si aūt non est certus et vidit fluere
vn̄ gaudet . fluuius babilonis ē sede
at supra ⁊ fleat : sedebit aūt ⁊ plora-
bit si recordatus fuerit syon O pax
illa quam videbimus apud deū .o il-
la sancta equalitas angeloꝝ :o illa vi
sio ⁊ spectaculū pulchrū Ecce in ba-
bilonia pulchra sunt que tenent :non
teneant non decipiant Aliud est sola
cium captiuorum aliud gaudiū libe-
rorum Sup flumina babilonis illic
sedimus ⁊ fleuimꝰ cū recordaremur
syon In salicibꝫ in medio eiꝰ : sus-
pendimus organa nostra Habēt or
gana sua ciues ihr̄lm . scripturas dei
p̄cepta dei .promissa dei .meditatio-
nem quādam futuri seculi :sed cū a-
gunt in medio babilonie .organa sua
in salicibus eius suspendūt Salices
ligna sunt infructuosa ⁊ hoc loco ita
posita vt non aliq̄d boni possit intel-
ligi de salicibꝫ.alibi āt forsitan potest
modo ligna intelligi sterilia nascen-
tia super flumina babilonis Rigan
tur hec ligna de fluminibꝫ babilonis
⁊ nullum fructū ferūt Sicut sunt ho
mines cupidi :auari steriles in ope-
re bono :ita ciues babilonie vt eciā
ligna sint illiꝰ regionis ex istꝫ volup-
tatibus rerū trāseuntiū pascūtur tanq̄
rigata a fluminibꝫ babilonie Queris
fructū :⁊ nusq̄m inuenies Qn̄ tales
patimur v̄samur cū eis q̄ sunt in me
dio babilonis Multum em̄ interest
inter mediū babilōis et exteriora ba
bilonie Sunt qui non sunt in medio
eius : id est non tanta cōcupiscentia
seculi ⁊ delectationibus obruuntur .
Qui v̄o vt aperte dixerim ⁊ breuiter
multum mali sunt :in medio babilo-
nis sunt ⁊ ligna sunt sterilia tanq̄ sali
ces babilonis Qn̄ illos videmꝰ ⁊ tā
steriles eos inuenimꝰ vt difficile no
bis appareat ī eis aliquid vn̄ possint
duci ad fidem rcām vel ad bona opa
vel ad spem futuri seculi vel ad cōcu-
piscentiam liberationis a captiuita-
te mortalitatis . scripturas nouimꝰ
quas eis dicamꝰ sed quia nullū fruc
tum in eis inuenimꝰ vn̄ incipiamus
auertimꝰ ab ipis faciem ⁊ dicimꝰ ad
hucisti nō sapiunt nō capiunt : quia
q̄cq̄d illis dixerimus . sinistrū ⁊ adū-
sum habebūt Ergo differendo circa
eos scripturas . suspendimꝰ organa
nostra in salicibus : non em̄ dignos
habemꝰ qui organa nrā portēt Nō
ergo organa nostra inferendo alliga
mus sed differendo suspendimꝰ Sa
lices em̄ sunt babilonie ligna infruc-
tuosa :pasta t̄palibus voluptatibus
tanq̄m fluminibꝫ babilonie Et videte si
non hoc sequitur psalmꝰ In salicibꝫ
inquit in medio eiꝰ : suspendimꝰ or-
gana nostra Quoniam illic inter-
rogauerunt nos qui captiuos duxe
runt nos verba canticorum et q̄ ab-
duxerunt nos ymnum .subaudis. in
terrogauerunt nos v̄ba cāticorum

⁊ ymnum interrogauerunt nos qui captiuos duxerūt nos Qui nos duxerunt captiuos frēs: Quos sensim9 aliqñ captiuatoēs nrōs Sēsit qdē iᵃ ihr'lm babilonios .psas .caldeos .⁊ illarum gentiū ⁊ regionum hoiēs captiuatores suos .⁊ hoc postea : nō qñ isti psalmi cātabantur Sed iam dixi mus caritati vestre omnia q̄ secūduʒ lrām in illa ciuitate cōtingebāt . figuras nrās fuisse : ⁊ facile pt demōstrari captiuos nos eē Nō enim respiramus iam in auras illi9 libertatis :nō enim fruimur puritate veritatis ⁊ illa sapientia que in seipa manens innouat omnia Delectationibꝫ tpaliū rerum tēptamur ⁊ colluctamur cotidie cū suggestionibꝫ illicitarū voluptatum : vix respiram9 vel in oratioē. Captiuos nos eē intelligimus . sed qui nos captiuos duxerunt: Qui homines: Que gens Qui rex: Si redimim⁹ :captiui eram9 Quis nos redemit: Cristus A quo nos redemit: A dyabolo Dyabolus ergo ⁊ angeli e9 captiuos nos duxerunt: nec ducerēt nisi consentientes nos Ducti sumus captiui .captiuatores nostri dixi qui sint : ipi sunt eciam latrones vulnerantes illum viatorem qui descendit ab ihr'lm in iherico quē sauciatum semiuiuum reliqrunt Hunc ille custos noster id est samaritanus .samaritanus enim custos interptatur cui obiectum est a iudeis et dictum nōne verum dicimus . qꝛ samaritan9 es et demonium habes : et ille obiectoruʒ duorū vnū respuit ⁊ vnū tenuit :ego inquit demonium nō habeo .nō aūt dixit :ego non sum samaritanus Si eīn ille non custodierit :vtiq͡ꝫ perim9 Samaritanus ergo transiens vidit saucium ⁊ vulneratum derelictū a latronibus : ⁊ sicut nostis collegit Sicut em̄ aliqui latronū noīe ponūtur qui nobis plagas pccōrum infixerīt iam per nostre captiuitatis cōsentionem : sic et captiuatores nostri ipsi dicūtur Isti ergo q̄ captiuos duxerīt nos dyabolus ⁊ angeli eius .qñ nos duxerūt . ⁊ que nos interrogauerūt v̄ba cāticoꝝ: Quid ergo intelligim9 quecūq͡ꝫ qꝛ cū tales nos interrogant in quibꝫ dyabolus opatur .intelligendus est ipe nos interrogaē qui in eis opatur : Apl's dicit : et vos cū essetis mortui in delictis ⁊ peccatis vestris cū vixeretis in illis scdm seculū mundi hui9 .secundum principem ptātis aeris hui9. spūs qui tunc opabatur i filijs diffidentie . in quibus et nos inquit aliqñ cōuersati sum9 Ostēdit se redemptum de babilōia cepisse iam exire ꝫ tñ adhuc quid dicit : Quia cū hostibus nostris ꝯfligim9 : ⁊ ne irascamur hōibus qui nobis ingerūt psecutiones . tulit intentionē nostraꝫ apl's ab odio hōim ⁊ direxit in luctā quorundam spirituum quos nō videmus ⁊ cum ipis cōfligim9 Ait em̄ Nō est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem .id ē adūsus homines quos videtis a quibꝫ mala vidємini pati . qui nobis important psecutiones :nā pro ipis orare precepti sumus Nō est nobis inqt colluctatio adūsus carnem ⁊ sanguinē id est adūsus homines : sed aduersus principes ⁊ potestates . et rcōres mundi tenebrarū harū Quid dixit mūdi: Dilectorū mūdi Quos dixit dilectores mundi hos appellauit ⁊ tenebras id est iniquos sceleratos infideles Peccatores :quibꝫ iam credentibꝫ gratulatur hoc mō vt dicat :fuistis em̄ ali-

qñ tenebre: nūc aūt lux in dño Ergo
cōstituit nos luctam habere cū illis
principibus: ipi nos duxerunt capti
uos Quō autē dyabolus intrauit in
cor iude vt traderet dñm nō āt intra
ret nisi ille locū daret: sic multi mali
homines de media babilonia ꝑ desi-
deria carnalia ꝛ illicita locū dādo dy
abolo ꝛ angelis eꝰ in cordibꝫ suis vt
in illis et de illis opetur aliqñ inter-
rogant nos ꝛ dicunt nobis exponite
nobis rationem Pagani pleriqꝫ di-
cunt ista nobis. exponite nobis rati
onem quare venit xpūs: ꝛ quid pro-
fuit xpūs generi humano Nonne ex
quo venit xps peiora sunt in rebꝫ hu
manis q̄ fuerunt antea. et feliciores
tunc erant res huāne q̄ modo: Dicāt
nobis xpiani quid boni attulit xpūs
vnde feliciores putēt res humanas
qꝛ venit xpūs: Vides em̄ si theatra ꝛ
amphitheatra ꝛ circi starent incolu-
mes. si nichil caderet de babilonia si
vbertas esset circūfluentiū volupta-
tum hōibus cantaturis ꝛ saltaturis
ad turpia cantica. si libido scortantiū
ꝛ meretricantiū haberent quietem ꝛ
securitatē si n̄ timeret famē in domo
sua qui clamat vt pāthomimi vestiā
tur: si hec omnia sine labe sine ꝑtur-
batione aliqua fluerent vt eēt securi
tas magna nugarū felicia eēnt tpa ꝛ
magnā felicitatem rebꝫ huānis cris-
tus attulisset Quia vō cedūtur iniq-
tates vt extirpata cupiditate plante
tur caritas ihrl'm: qꝛ miscentur ama
ritudines vite tpali vt eterna deside-
retur qꝛ erudiūtur in flagellis hoīes
paternam accipiētes disciplinam ne
iudiciariam inueniāt sententiā nichil
boni attulit xpistꝰ ꝛ labores attulit
cristus: ꝛ incipis dicere homini q̄ta
bona facit cristus ꝛ non accipit Pro
ponis enim illi eos qui faciunt quod
modo audistis in euangelio vendūt
omnia sua. dant pauperibus vt ha-
beant thesaurum in celis et sequātur
dominū: dicis illis ecce quod attulit
cristus Qm̄ multi faciunt ista vt dis
tribuant res suas egenis: ꝛ fiūt pau
peres non necessitate sed voluntate
sequentes deum. sperantes regnum
celorum Irridēt isti quasi stultos ta
lia inquiunt bona attulit cristꝰ vt ꝑ-
dat honores suos. ꝛ cum dat egenis
remaneat egenꝰ: Quid ergo facies:
Bona cristi non capis Alius enim te
impleuit qui aduersarius est cristo:
cui dedisti locum in corde tuo Prio
ra tempora respicis: et quasi letiora
tibi videntur fuisse tempora pristina
que sic erant tanq̄m oliue pēdentes
in arbore ducentibus ventis q̄si qua
dam libertate aure perfruentes. va-
go quodam desiderio suo Ventū est
vt oliua mitteretur in torculari. non
enim semper pendere habebat in ar-
bore. iam finis est anni: non sine cau
sa inscribūtur psalmi quidam ꝓ tor-
cularibus. in arbore libertas in tor-
cularibꝫ pressura Cum enim res hu-
mane conterūtur ꝛ premūtur: atten
dis quia crescit auaricia. attende qꝛ
crescit ꝛ continentia Quare tam ce-
cus es vt amurcam fluentē per pla-
teas videas. oleum in gemellaria nō
videas: Et hoc sine causa: Qui male
enim versantur publice noti sunt qui
autem se cōuertunt ad deum et a sor
dibus malarum cupiditatum purgā
tur occulti sunt: quia et in ipso vel ex
ipso torculari. amurca aperte fluit.
oleum occulte eliquatur Acclama-
tis ad ista. gaudetis ad ista: quia

potestis sedere suꝑ flumina babilo-
nis ⁊ flere Illi aūt qui captiuos dux
erunt nos qn̄ intrant in corde hōim
⁊ interrogant nos per linguas eorū
quos possident ⁊ dicunt nobis can-
tate nobis v̄ba canticoꝝ. reddite no
bis rationem aduentus xp̄i ⁊ q̄ ē ali
a vita. nolo credere: doce me ratioē
quare michi imperas vt credā Res-
pondeo illi ⁊ dico: o homo plenꝰ es
malis cupiditatibꝫ Si bona dicam il
la ihr̄l'm non ea capis: oportet vt exi
naniaris quo plenus es vt possis im
pleri quo inanis es Ergo noli facile
huic aliquid dicere. lignum est salicis
lignū est sterile Noli ꝑcutere orga-
num vt sonet: suspende pociꝰ Sed il
le dicturꝰ est. dic michi. canta michi.
redde michi rationem: nō vis inquit
vt dicam non bono animo audis nō
sic pulsas vt tibi dignum sit apiri Il
le te impleuit qui me captiuū duxit:
ip̄e me interrogat de te Astutꝰ ē do-
lose querit: non querit quid discat: sꝫ
quid reprehendat Ergo ego nō dicā
suspendam organū meū Sed q̄d dic
turus est adhuc? Cantate nobis ver
ba canticoꝝ: cantate nobis ymnum
cantate nobis de cāticis syon Quid
respondemus? Babilonia te portat
babilonia te cōtinet. babilonia te nu
trit. babilonia de te loquitur: nō nos
ti capere nisi q̄d fulget ad tempꝰ eter
na meditari ignoras. nō capis q̄d in
terrogas Quomodo cantabimus
canticū domini in terra aliena? Vere
fratres sic est Incipite velle p̄dicare
v̄itatem q̄tulamcūqꝫ nostis ⁊ vide-
te q̄ꝫ necesse sit vt tales patiamini. ir
risores et exactores v̄itatis. plenos
falsitatis Respondete illis exigenti
bus a vobis q̄ cape nō possunt. ⁊ di-
cite ex fiducia sancti cantici vestri q̊-

modo cantabimus cāticū dm̄ in ter
ra aliena? Sed vide quomodo v̄serꝫ
inter eos o popule dei o corpꝰ cristi
o generosa ꝑegrinatio: non es hinc.
aliunde es. ne cū illi qui tibi dicūt can
tate nobis v̄ba canticoꝝ dicite nobis
ymnū. cantate nobis de canticꝫ syon
quasi amantur a te ⁊ affectas amici-
cias eoꝝ ⁊ times talibꝫ displicere. in
cipiat te delectari babilonia ⁊ obliuis
caris ihr̄lꝫ Hoc ergo timens vide q̄d
subiciat: vide quid sequatur Passus
est eñ homo iste qui cantabat et ip̄e
homo nos sumus si volumꝰ: passus
est vndiqꝫ talia interrogātes ⁊ adu-
latione blandientes mordaciter rep̄
hendentes falso laudantes q̄d nō ca
piunt exigentes quo ⁊ pleni sunt fū-
dere nolentes ⁊ inter turbas talium
tanq̄m ꝑiclitantes. erexit animū ad
recordationem syon: et cōstrinxit se
talis anima iuratione quadam ⁊ ait.
Si oblitꝰ fuero tui ihr̄l'm inter v̄-
ba captiuantiū inter v̄ba dolosoꝝ
inter v̄ba male interrogantiū. q̄ren-
tium et discere nolentiū Ecce in̄ erat
ciuis ille qui dn̄m interrogauit ma-
gister bone quid faciā vt vitā eternā
cōseq̄r nōne de vita eterna q̄rens q̄si
de cāticis syon interrogauit? Serua
mādata ait illi dn̄s: ⁊ ille de fastu cū
audisset r̄n̄t Iā oiā hec inq̄t impleui a
iuuentute mea Et dn̄s dixit illi q̇dā
de cāticꝫ syon ⁊ nouerat q̄d nō capet
sꝫ exemplū dedit nob̄ quō m̄lti q̄rūt
q̄si ꝯsiliū ad vitā eternā et tā diu nos
laudāt q̄ꝫ diu respondeamꝰ q̄d q̄runt
Dedit de illo documentū tq̄ꝫ nob̄ dic
turis aliq̄n talibꝫ hominibꝫ: quō cāta
bimus canticum dm̄ in terra aliena.
Ecce ait Vis eē perfectꝰ? Vade v̄ede
omnia q̄ habes ⁊ da pauperibꝫ. ⁊ ha
bebis thesaurū in celo ⁊ veni seque-

re me: vt discat multa cantica de can
ticis syon prius impedimēta reiciat
expeditus ambulet ne vllo onere pre
grauetur ꝛ discat aliquid de canticis
syon Ille aūt cōtristatus abcessit Di
camus post illū quō cātabimꝰ canti
cum domini in terra aliena? Et ille q̄
dem discessit: spem aūt diuitibꝫ dn̄s
dedit Nā contristati discipuli dixerūt
quisnam p̄t saluꝰ fieri? Et respondit
eis Nō hominibꝫ impossibile est dō
facile est Habent em̄ ꝛ diuites quē-
dam modū suū. ꝛ acceperunt canti-
cum de syon: canticuꝫ de quo apl'us
dicit Precipe diuitibus huiꝰ seculi nō
superbe sape neqꝫ sperare in incerto
diuitiarum : sed in deo viuo qui pres
tat nobis omnia habūdanter ad fru
endum Adiungens quid debeant a-
gere. iam tangit organa: nō suspen-
dit Diuites sint in opibus bonis faci
le tribuant. cōmunicēt: thesaurisent
sibi frumentū bonū in futurū. vt ap
prehendant verā vitā Hoc cāticum
de canticis syon diuites acceperunt
primo nō supbe sapere Extollunt eī
diuitie. ꝛ quos extollunt: flumina il
la extollunt Quid ergo hiis precipi-
tur? Añ omnia nō supbe sape Nō fa
ciunt diuitie hoc caueant in diuiciis:
caueant in diuitiis supbiam Ipsum
em̄ malum est qd̄ importāt maxime
diuitie incautis hominibꝫ Non em̄
aurum malū est quod deus condidit
sed malus ē homo auarꝰ relinquēs
creatorem ꝛ cōuersus ad creaturam
Hoc ergo sibi precaueat ne sit sup-
bus: ꝛ super fluuium babilonis sede
at Hoc ergo illi dictum est: non sup
be sapere Ergo sedeat neqꝫ speret in
incerto diuitiarum Ergo sup flumi-
na babilonis sedeat Si em̄ speraue-
rit in incerto diuitiarū: trahitur a flu
mine babilonis Si vō humiliauerit
se ꝛ non supbierit ꝛ nō sperauerit in
incerto diuitiarū. sedet ꝛ sup fluuiū.
suspirat eterne ihr'lm recordatus sy-
on: ꝛ vt pueniat ad syon erogat Ec-
ce habes canticū qd̄ diuites accepērt
de canticis syon: operentur tāgant
organū. non vacent cum inuenerint
hoiēm dicētem sibi. quid est qd̄ agis?
Perdis res tuas tāta erogando. the
saurisa filiis tuis Cū viderint nō ca-
pere ꝛ intellexerint lignum ēē salicis
non facile dicant quare agant ꝛ quid
agant: suspendant organa in salici-
bus babilonis Preter salices autem
cantent: non cessent. operentur Nō
enim pdunt qd̄ erogant Seruo cō-
mendant ꝛ tutum est. xp̄o ꝯmendāt
ꝛ perit? Audistis canticū diuitum de
canticis syon: audite ꝛ canticū pau-
perū Idē apostolꝰ loquitur Nichil
intulimus in hūc mundū sed nec au-
ferre aliquid possumus: victum ꝛ te
gumentum habentes hiis contēti su
mus Nam qui volūt diuites fieri in
cidunt in temptationem et desideria
multa stulta ꝛ noxia: q̄ mergunt ho-
minem in interitum et perditionem
Hec sunt flumina babilonis Radix
est enim omnium maloruꝫ auaricia:
quam quidam appetentes naufra-
gauerunt a fide ꝛ inseruerunt se do-
loribus multis Ergo contraria sunt
ista cantica? Non sunt contraria Vi
dete quid diuitibus dcm̄ sit nō supbe
sape neqꝫ spare in incerto diuitiaruꝫ
bona opari. tribuere. thesaurisaē fū
damentum bonum in futurū Pau-
peribꝫ aūt quid dictum ē? Qui volūt
diuites fieri: incidūt in tēptationem
Nō dixit q̄ diuites sūt: sꝫ q̄ volunt di-
uites fieri Nam si iam diuites essent
alterum canticū audirent Diues au-

dit vt eroget: pauper autez audit ne
desideret Sed cum inter tales versa
mini qui non capiunt cãticum syon:
suspendite vt dixi organa in salicibz i
medio ei9. differte q̄ dicturi estis In
cipiunt esse ligna fructuosa mutãtur
arbores z habebunt fructum bonuz
ibi iam licet cantare in aures audien
tium Sed cum inter istos obstrepē
tes male interrogantes veritati re-
sistentes versamini. obstringite vos
non eis velle placere ne obliuiscami
ni iherusalem: z dicat vna anima ves
tra facta vna ex multis pace. cristi di
cat ipa captiua iherusalem hic agēs
in terra. si oblitus fuero tui iherusa-
lem: obliuiscat² me dextera mea Ve-
hemēter se cõstrinxit fratres mei ob
liuiscatur me dextera mea: atrociter
se obligauit Dextera nostra est vita
eterna: sinistra nostra ē vita tpalis.
Quicqd facis ꝓpter vitam eternam
dextera opatur Si caritati vite eter
ne in operibz tuis miscueris concu-
piscentiam vite tpalis aut laudis hu
mane aut alicuius cõmodi secularis
cognouit sinistra tua quid faciat dex
tera Et nostis eē in p̄cepto euange-
lij: nesciat sinistra tua quid faciat dex
tera tua Si oblitus ergo inquit fue-
ro tui ihrl'm: obliuiscatur me dexte-
ra mea Et vere sic contingit: prenun
ciauit non optauit Talibus qui obli
uiscuntur ihrl'm hoc contingit quod
dixit obliuiscitur illos dextera eoruz
Vita enim eterna manet in se. illi re-
manent in delectatione tpali et faci-
unt sibi dextrum qd̄ sinistrum ē In-
tendite ad ista fratres ꝓpter dextrū
insinuem hoc vobis quãtum domi-
nus donat ad salutē omnium Me-
minisse fortasse hinc me aliqn̄ tractas
se de quibusdam qui qd̄ sinistrum est

faciunt dextrum id est qui tpalia bo
na plus habent z in istis beatitudinē
ponunt ignorantes que sit vera feli
citas vera dextera: hos scriptura fi-
lios alienos dicit tq̄m non ciues ihe
rusalem sed babilonie Dicit em̄ quo-
dam loco psalm9. domine libera me
de manu filioꝝ alienorum quorū os
locutum est vanitatem: dextera eoꝝ
dextera iniquitatis Sequitur em̄ et
dicit Quorum filij sicut nouelle con-
stabilite: filie eorū ornate sicut simi-
litudo templi cellaria eorum plena e
ructantia ex hoc in hoc: oues eoꝝ fe
cunde multiplicantes in exitibz suis
boues eorum crasse. non est ruina se
pis. nec clamor in plateis eoruz Nū
quid habere istam felicitatem hoc ē
peccare? Non: sed facere illam dex-
tram. cum sit sinistra Propterea se-
cutus quid ait? Beatum dixerunt po
pulum cui hec sunt Ecce vn̄ locutum
est os eorum vanitatem: quia beatū
dixerunt populum cui hec sunt Tu q
dem qui docebis iherusalem qui nō
obliuisceris iherusalem: ne obliuisca
tur te dextera tua. ecce illi qui locuti
sunt vanitatem. beatum dixerunt po
pulum cui hec sunt: dic michi tu can-
ticū syon Btūs inqt pplus cui9 dn̄s
de9 ipi9 Interrogate corda vrã frēs
si desideratis bona dei si desideratis ci-
uitatem illã ihrl'm: si cõcupiscitis vitã
eternam Omnis ista trena felicitas
sinistra vob' sit: illa sit dextra quã sp
habebitis. et si habueritis sinistram
nolite de sinistra p̄sumere Nõne cor
ripis eū q de sinistra voluerit mãdu-
care? Si mēse tue iniuriã putes fieri
manducante cõuiua de sinistra. quō
nō fit iniuria mense dei si qd̄ dextrū ē
sinistrū feceris. z qd̄ sinistrū ē dextꝫ
feceris? Quid g̊? Si oblit9 fuero tui

iherusalē. obliuiscat² me dextera mea.
Adhereat ligua mea faucib⁹ meis nisi tui meminero. id est obmutescā inqt nisi tui meminero. Ut quid eni loquit². vt quid sonat qui cātica syon non sonat? Ipsa est lingua mea cāticū iherusalē. canticū delectationis seculi huius lingua aliena. barbara est quā i captiuitate didicim⁹. ergo mutus erit deo qui oblitus fuerit iherusalē. et parū est meminisse. nam et hostes meminerūt eius volentes eam euertere Que est ciuitas ista dicunt qui sunt xpiani? Et quales sunt xpiani? O si non essent xpiani. vicit iā captiua turba captiuatores suos. et tñ murmurāt et seuiunt. et volūt interficere apud se pegrinantē sanctam ciuitatē. sicut voluit ipm populū interficere pharao. quando masculos occidebat natos et feminas relinquebat virtutes prefocabat. cōcupiscentias nutriebat Parū ergo ē meminisse vide quomō memineris. Quedam eni cū odio memim⁹. quedā cum amore Cum ergo dixisset si oblit⁹ fuero tui iherusalē obliuiscat² me dextera mea. adhereat lingua mea faucibus meis. nisi tui meminero. addidit stati Si non proposuero iherusalē in principio iocūdatis mee Ibi est eni summa iocūditas vbi deo pfruimur. vbi de fraternitate coherēte et ciuica societate securi sumus. Nullus ibi temptator nos violabit nullus vel ad aliquā illecebrā percellere poterit. nichil ibi delectabit². nisi bonū Morietur ibi ois necessitas. orietur ibi summa felicitas Si non proposuero iherusalē i principio iocūditatis mee Et conuertit se ad dominū contra hostes ipius ciuitatis.
Memento domine filiorū edom. Edom ipe dictus est qui et esau Audistis eni modo cum aplūs legeret² iacob dilexi. esau odio habui Duo filij erant in vno vtero. ambo gemini in vtero rebecce filij ysaac. et nepotes abrahe Nati sunt ambo. vn⁹ ad hereditatē. alter ad exhereditationē Fuit autem hostis fratris sui iste esau. quia preueit benedictionē eius filius minor. et inpletū est. maior seruiet minori Maior ergo quis est. et minor quis est et quis est maior qui seruiet minori modo intelligimus. Maior videbatur ppl's iudeorum. minor ex tpe ppl's xpianorū. Et videte quomodo maior seruit minori Illi portant codices nostros. nos viuimus de codicibus ipoꝝ Sed vt generaliter de omnib⁹ intelligatis fratres maiorē et minorē. maior dicitur homo carnalis. et minor dicit² homo spūalis. quia prius carnalis est et postea spūalis. Habes aplm apte dicentē. prim⁹ homo de terra terren⁹. scōs homo de celo celestis. qualis terrenus. tales et terreni. et qualis celestis. tales et celestes. sicut portauimus ymaginē terreni. portemus et ymaginē eius qui de celo ē Ibi autē supra dixerat. sed non pri⁹ quod spūale est. sed quod aīale postea spūale Animalē autē eundē dicit quem carnalē ostendit. Homo qui nascitur animal esse incipit. carnalis esse incipit. si se conuertat a captiuitate babilonie. in reditū iherusalē renouatur et fit renouatio quedam secūdū nouum et interiorem hominem. et fit minor tpe maior potestate. Ergo esau omnes carnales. iacob autem omnes significat spirituales. minores electi. maiores illi reprobati. vult et ipse eligi. fiat minor.

Edom autē appellatus est de cibo q̄ dā lenticule rubro. id est roseo q̊dam cibo. Bene cocta erat lenticula de-frigata. concupiuit iste esau a fratre suo iacob et cessit illi primatū suum. victus concupiscentia māducande illius lenticule Ille autē cessit cibū voluptatis. et sūpsit honorē dignitatis Ita ex placito quodā inter eos fcm̄ est vt ille maior ille minor sit. vt ma-ior seruiret minori. et appellatus est edom. Interpretat᷑ autē quātū di-cunt qui illam linguā nouerūt. edom sanguis Nam et punice edom san-guis dr̄. Noli mirari si ad sanguinē ptinent omnes carnales. caro et sanguis regnū dei non possidebūt Nō illuc pertinet edom. pertinet illuc ia-cob qui caruit cibo carnali et sūpsit honorē spūalē. ille vero factus est inimic⁹ Omnes carnales spūalib⁹ inimici sūt Omnes tales cōcupiscētes presentia. insequūt᷑ eos quos vidēt meditari eterna Contra iste respici-ens iherusalē et rogans deū vt eruatur a captiuitate quid dicit? Memēto domine filiorū edom. libera nos a carnalibus. ab eis qui imitant᷑ illū edom. qui fratres maiores sunt. sed hostes sunt Prius nati sunt sed posterius nati vicerūt ad primatū. quia cōcupiscentia carnis illos deiecit cōtempta cōcupiscētia illos erexit Vi-uūt et inuident et persequūt᷑. Me-mento domine filiorū edom In die iherusalē Diē iherusalē quo laborauit quo captiuata est. an diem illū felicitatis iherusalem quo liberatur quo peruenit. quo eternitati sociat᷑? Memento inquit domine. noli ob-liuisci filiorū edom. Quorū? Dicentiū euacuate euacuate vsq3 dū fūda-mentū in ea. Istum ergo diem me-mento. qn̄ euertere volebant illi ihe-rusalē Quātas eni persecutioēs passa est ecclesia? Quomō dicebant filij edom. id est carnales homines. sub-diti dyabolo et angelis eius. colen-tes lapides et lingna. sequentes concupiscētiā carnis. extiguite xp̄ianos tollite xp̄ianos. nec vn⁹ remaneat. euertite vsq3 ad fundamentū? Nōne dicta sunt hec? Et cū ista dicerentur. persequentes iprobati sunt. marty-res coronati sunt. dicentiū euacua-te euacuate vsq3 dū ad fundamentū in ea Filij edom dicūt euacuate euacuate. et deus dicit seruite. cuius verba possunt supare nisi dī qui dixit q̄a maior seruiet minori? Euacuate euacuate vsq3 dū fundamētū in ea Et cōuertit se ad illam Filia babilonis infelix. Infelix ipa exultatione tua. ipa presūptione tua. et inimicis tuis Filia babilonis ifelix Ciuitas ipa dr̄ babilō ⁊ filia babiloīs. q̊mō ihr̄lm. et filia iherusalē. et quomō syon et filia syon Hoc more appellat᷑ ecclesia et filia ecclesie. ꝓpter successionē dicit᷑ filia. ꝓpter prelationē dicitur mater Fuit prima quedā babylonia. nūqd ipe pplūs in ea permansit? Per suc-cessionē babylonie facta est filia ba-bylonis O filia babiloīs ifelix Beatus qui retribuet tibi retributionē tuā Infelix tu. beatus ille. Quid eni fecisti et quid retribuetur tibi. audi. Beatus qui retribuet tibi retributionē tuam. quā retribuisti nobis Qm̄ retbutionē dicit ad hoc claudit psal-mus Beatus qui tenebit et allidet infantes tuos ad petram Illam di-cit infelicem. beatū autem qui retri-buet ei retributionem quā retribu-it nobis. Querim⁹ quā retributio-nē Beat⁹ inqt q̄ tenebit et alidet ifan

tes tuos ad petrã. ipa est retributio
Quid eni fecit nobis babilonia ista.
iã cãtauimꝰ ĩ illo psalmo. sermones
iniquoꝝ preualuerũt aduersus nos.
Qñ eni nati sumꝰ ꝑuulos nos ĩueit
ista cõfusio sc̃li huiꝰ. ⁊ offocauit nos
erroꝝ diuersoꝝ vanis opinionibus
adhuc infantes. Natꝰ infãs futurꝰ
ciuis ihr̃lm. ⁊ in p̄destinatione dei iã
ciuis. sed iterĩ captiuatꝰ ad tpũs. qñ
discit amare nisi q̃d insusurrauerunt
parẽtes. Instruũt et docent illũ aua
riciã. rapinas. mẽdacia cotidiana. di
uersas culturas ydoloꝝ ⁊ demonio
rũ remedia illicita p̄cãtationũ ⁊ liga
turaꝝ Quid facturꝰ est adhuc infãs
aia tenera attendens ad maiores q̃d
agant. vt quod eos viderit agẽ hoc
sequatur. Babilonia ergo ꝑsecuta ẽ
ꝑuulos nos. sed deꝰ dedit nobis ag
nicionẽ suam iã grãdibus. vt non se
queremur errores parentũ nr̃orũ.
Q̃d et tũc cõmemoraui predictũ a
ꝓpheta. ad te gẽtes venient ab extre
mo terre et dicent vere mendaciũ co
luerũt patres nr̃i. vanitatẽ que illis
nõ ꝓfuit Jam iuuenes dicũt qui oc
cisi erant ꝑuuli sequẽdo ipsas vani-
tates. ꝓiciendo autẽ vanitates. ⁊ re
uiuiscendo in deũ ꝓficiant et retri-
buãt babilonie Qualẽ retributionẽ
ei retribuent. Quã retribuit nobis. ꝑ
uuli vicissim elidant᷑ et moriãt᷑ Qui
sunt ꝑuuli babylonie. Nascẽtes ma
le cupiditates. Sunt eni qui cũ vete
ri cupiditate rixant᷑ Qñ nascitur cu
piditas. anteq̃ robur faciat aduer-
sum te mala cõsuetudo cũ ꝑuula est
Cũ ꝑuula eni est cupiditas nequaq̃
ꝑue consuetudis robur accipiat. cũ
ꝑuula est elide illam. Sed times ne
elisa non moriatur. ad petrã elide. pe
tra autem eãt xp̃us Frẽs organa in
oꝑando non cessent vobis inuicẽ cã
tate cãtica syon Q̃m libenter audis-
tis tã libenter agite quod audistis. si
nõ vultis esse salices babylonie. pasti
de fluibꝰ eiꝰ et fructũ nullũ afferen
tes Sed suspirate in eternã ihr̃lm. q̊
precedit spes vestra. sequet᷑ vita vr̃a
Ibi erimus cũ xp̃o. xp̃us nobis mõ
caput est Gubernat nos mõ. desuꝑ
ãplectit᷑ secũ. in illa ciuitate equales
erimus angelis dei Non audẽmus
hoc suspicari de nobis nisi ꝓmittẽt
veritas Hoc ergo cõcupiscite frẽs.
Hoc die noctu q̃ cogitate. q̃tq̃d de
mũdo feliciter arriseit. nolite p̄sumẽ
nolite libenter colloqui voluptati-
bus vestris Hostis maior est. occi-
datur ad petrã. breuis hostis ẽ elida
tur ad petrã. et maiores ad petrã oc
cidite. ⁊ minores ad petrã elidite Pe
tra vicat. in petra edificamini si non
vultis tolli. aut a fluuio aut a ventis.
aut a pluuia Si vultis armati eẽ con
tra tẽptationes in sc̃lo. crescat et ro
boratur desideriũ ihr̃lm eterne ĩ cor
dibus vestris. Transiet captiuitas.
veniet felicitas Dãpnabitur hostis
extremus ⁊ cũ rege sine morte triũ-
phabimus ¶ Explicit psalmꝰ C.
xxxvi. Incipit psalmꝰ C. xxxvij.

Titulus psalmi huius breuis
et simplex est neq̃ nos tenet
scientes cuius figurã porta-
uerit dauid. et in eo eciam nosipsos
agnoscentes. quia et nos mẽbra su-
mꝰ illius corꝑis Agnoscamus ergo
hic vocẽ ecclesie. simul q̃ gaudeamꝰ
quod in ea esse meruimꝰ cuius vocẽ
cantãtis audiuimus Totus titulus
est ipsi dauid. videamus ergo quid
ipsi dauid.

Confitebor tibi dñe ĩ toto cor
de meo. Solet nobis psalmi
titulꝰ indicare quid agitur intus hic
autẽ quoniã titulus non hoc indicat

sed tantū cui cātetur indicat. qd agatur in toto psalmo pm⁹ versus indicat Confitebor tibi dñe in toto corde meo Hāc ergo cōfessionē audiam⁹ sed pri⁹ cōmemoro vobis cōfessionē in scripturis cū cōfitemur deo duob⁹ modis dici solē vl' pccōꝝ vel laudis. Sed confessionē pccoꝝ oēs nouerūt. laudis aūt confessionē pauci aduerterūt Nam ita nota est confessio peccatoꝝ. vt in quocūqꝫ scripturaꝝ loco auditū fuerit. cōfitebor tibi dñe. cōfitebimur tibi: cōtinuo iā consuetudo fit intelligendi. man⁹ currāt ad pectus tundendū Usqꝫ adeo non solent hoiēs intelligē cōfessionē esse nisi pccoꝝ Sed nūqd ꝛ ipē dñs noster ihūs xps peccator fuit qui ait in euāgelio. cōfitebor tibi pater dñe celi et terre. Secutus eni ait qd confiteret' vt intelligerem⁹ cōfessionē laudis non iniquitatis Confitebor tibi inquit pater dñe celi et terre. quia abscondisti hec a sapientib⁹ et prudētibus et reuelasti ea puulis. Laudauit prēm. laudauit deū. quia non despicit huiles. sed despicit supbos Et hic talē cōfessionē audituri sum⁹ laudis dei et gratulationū Confitebor tibi dñe i toto corde meo Totū cor meū in arā tue confessionis ipono. holocaustū laudis tibi offero Holocaustū eni dicitur sacrificiū. vbi totū incēditur Grece qppe holon totū dicitur Uide quēadmodū offerat holocaustū spūale qui dicit. cōfitebor tibi dñe in toto corde meo. Totū inquit cor meū flāma tui amoris accendat. nichil in me reliquat' michi. nec quo respiciā ad meipm. sed tot⁹ in te estuem tot⁹ in te ardeā. tot⁹ diligā te. tāqꝫ inflāmat⁹ abs te. Confitebor tibi dñe in toto corde meo Qm̄ audisti verba oris mei Cui⁹ oris mei nisi cordis mei Ibi eni habem⁹ vocē qm̄ deus exaudit. qm̄ prsus auris huāna non nouit Clamabāt certe qui susannam accusabāt. et ad celū oculos nō leuabāt. illa tacebat et corde clamabat Uñ illa meruit exaudiri inde isti puniri Est ergo os int⁹. ibi rogam⁹ inde rogam⁹. et si hospiciū vl' domū deo pparauimus. ibi loquimur. ibi exaudimur Nō eni est ille lōge ab vno quoqꝫ nr̄m posit⁹. i quo viuim⁹ mouemur et sumus Longe te a deo nō facit nisi iniquitas sola Deice mediū parietē peccati. et cū illo es quē rogas Audisti inqt verba oris mei. cōfitebor tibi Et corā angelis psallā tibi. Non eni corā hominib⁹ psallā. sed corā angelis psallā psalteriū meū gaudiū meū Sed gaudiū de inferiorib⁹ corā hoibus ē. gaudiū de supioribus corā angelis est Non eni nouit ipi⁹ gaudiū iusti. non est gaudere ipīs dicit dñs Gaudet iniquus in pōpa. gaudet martyr i cathena. quomō gaudebat scā ista crispina cuius hodie solēpnitas celebratur Gaudebat cū tenebatur. cū ad iudicē ducebatur. cum in carcerē mittebat'. cum ligata pducebat'. cum in catasta leuabatur. cū audiebatur. cum dāpnabat' in hīs oībus gaudebat. et eā miseri miserā putabant que corā angelis gaudebat Adorabo ad templū scm̄ tuum Quod templū sanctū tuū: Ubi habitabim⁹. vbi adorabim⁹ Currim⁹ enim vt adorem⁹. grauidū cor nr̄m parturit ꝛ vbi pariat querit Quis est ille loc⁹ vbi adorand⁹ ē deus: Qui mūdus. qd edificiū. que deniqꝫ sedes in celo et iter stellas: Querimus in scripturis scis. et inueim⁹ in verbis sapie. Ego inqt erā cū illo. Ego iqt erā ad quē gaudebā cotidie. Et dicit opa ei⁹ et exponit nob' sedē

ipiꝰ Quā: Nū validas inq̄t faciebat in summo nubes: qn̄ sedem suam segregabat sup̄ ventos Sedes āt eius templū eiꝰ Quo ergo ibimꝰ: Super ventos adoraturi sumꝰ: Si sup̄ vē-tos adoratur: aues nos vincunt Si aūt intelligamꝰ ventos aiās id ē ventorū nomine significatas aiās sicut ait quodā loco scriptura. volauit super pennas ventoꝝ h̄ est sup̄ v̄tutes aiārum Vn̄ ꝛ statꝰ dei dicitur aiā tꝗ ventus. nō vt iste intelligatur ventꝰ quo corpꝰ ꝓpellente sentimꝰ sꝫ vt eꝰ noiē significetꝛ aliq̄d inuisibile qd̄ neq̄ oculis cerni p̄t nec sentiri auribus nec odoratu duci nec palato gustari nec manu cōtrectari qd̄ est vtiq̄ vi-ta q̄dam qua viuimꝰ que aiā dicitur si hos ventos intellexerimꝰ. nō est q̄re q̄ramus pennas visibiles vt cū a-uibus volemus ad orandū ad tēpluꝫ dei: sed sup̄ nosipos inueniemꝰ deuꝫ sedere si eiꝰ fideles eē voluerimꝰ Videte si hoc nō est Tēplum em̄ dī sanctum est ait aplꝰs qd̄ estis vos: certe tn̄ qd̄ manifestū est in angelis habi-tat deus Ergo cū gaudiū nostrū de spūalibꝫ rebus nō de terrenis bonis assumit cāticū deo vt psallat corā angelis: ipa ꝯgregatio āgeloꝝ templū dei est. adorabo ad tēplum dei. eccā deorsum ꝛ eccā sursum Eccā deorsuꝫ in omnibꝫ fidelibꝫ: ꝛ eccā sursum in ō-nibus angelis Sed descendit ad ec-clesiam deorsum dn̄s angeloꝝ: ꝛ ei ā-geli in terra ministrauerūt ministrā-ti nobis Nō em̄ inquit veni ministrari sed ministrare Quid nobis ministrauit. n̄ qd̄ hodie manducamꝰ ꝛ bi-bimus: Cū ergo dn̄s angeloꝝ nobis ministrarit nō desperemꝰ nos futuros equales angelis Maior em̄ angelis descendit ad hoiēm ꝛ creator āgelorum suscepit hoiēm: dn̄s ange-lorum mortuus est ꝑ homine Adorabo ergo ad tēplum sanctū tuū Intelligo tēplum tuū nō manufactū: sꝫ quod tu fecisti tibi Et confitebor nomini tuo in miā tua ꝛ veritate tu-a In duobꝫ istis cōfitemur Sicut ei ꝛ in alio psalmo legitur vniuerse vie dn̄i miscdia ꝛ veritas: in duobꝫ istis cōfitemur in tua miā et in tua veritate Misericordia pccōrem respexisti veritate ꝓmissionē reddidisti In tu-a ergo miscdia ꝛ veritate confitebor tibi Has eciam ego ꝓ meis viribus reddo quas michi donasti faciēs misericordiam ꝛ veritatē: miām in subueniendo veritatē in iudicādo Hys adiuuamur a deo: hys ꝓmeremꝛ deum Merito ergo miā ꝛ veritas vniuerse vie dn̄i Non sunt alie vie qui-bus ad nos venit: non sunt alie vie q̄bus ad illum veniamus Qm̄ magnificasti sup̄ omne nomē sanctū tuū Qualis ista gratulatio frēs: Mag-nificauit nomen suū sanctum sup̄ abraham Credidit em̄ abraham deo ꝛ deputatum ē illi ad iusticiā: cetere ō-nes gentes ydolis imolabant et de-monibꝫ seruiebant Natus ē ex abraham ysaac. magnificatus ē super illā domū deus. in̄ iacob. magnificatus ē deus qui dicit. ego sum deus abrahā ꝛ deus ysaac ꝛ deus iacob. in̄ duodecim filij israhel inde ppl'ꝰs israhel liberatus ab egipto ductꝰ per mare ru-brum exercitus in heremo. eiectꝭ gētibus in terra ꝓmissionis collocatꝰ est Magnificatū est nomen dn̄i sup̄ isrl': sed inde ꝛ virgo maria inde do-minus xp̄us mortuus ꝓpter pecca-ta nostra. resurgens ꝓpter iustificationem nostram implens fideles spiritu sancto mittens predicari per gētes. agite penitenciā appropinqua-bit enim regnum celorū: et ecce mag

nificauit sup omne nomē sanctū suū

In quacūqȝ die inuocauero te ci-
to exaudi me Quare cito: Qꝛ tu dix
isti adhuc loquente te dicam . ecce as
sum Quare cito: Quia iā nō peto fe
licitatem terrenā : didici sanctū desi-
deriū de nouo testamento Nō peto
terram nō fecūditatem carnalē non
salutē tpalem . nō inimicoꝝ subiecti-
onem nō diuicias n̄ honoꝛes : nichil
hoꝛū peto idcirco exaudi me Qꝛ do
cuisti quid petam : da qđ peto Dica-
mus huic tale aliqđ petis: Audiam⁹
nos ꝛ videam⁹ : eructet petitionem
suam ꝛ videam⁹ qđ petat ꝛ discam⁹
per eū petere vt mereamur accipere
Veneras ad eccām nescio quid hodi
e petiturus Quid putam⁹ eras peti
tur⁹: Veneras cū desiderio tuo nes-
cio quo vtinam innocenti et si carna
li Sed remoue iniquitatem remoue
carnalitatem : disce quid petas quid
hodie celebꝛes attende Natalicium
sancte ꝛ btē femine celebꝛas : ꝛ foꝛte
celebꝛitatem terrenā desideras Illa
ꝓpter desideriū sanctum dimisit feli
citatem quā habebat in terra . dimisit
filios flentes ꝛ tanq̄m crudelem ma
trem dolentes : qꝛ velut ꝑdiderat hu
manam miscđiam que ad diuinā fes-
tinabat coꝛonā Nesciebat v̄o illa qđ
desideraret quid calcaēt: Ymmo ve
ro nouerat psallere coꝛā angelis dei.
eoꝛūqȝ desiderare cōsoꝛciū . amiciciā
sanctam ꝛ puram vbi vlteri⁹ nō mo
reretur : vbi iudicem nosset apđ quē
nō valere posset mendaciū Quid er-
go: In illa vita nulla sunt bona Ym
mo v̄o ibi sola sunt bona . non malis
mixta bona . securitates in quibꝫ gau
deas quātum vis . ꝛ nemo dicat tibi
tempera te Hic āt de bonis terrenis
gaudere molestū est et ꝑiculosuꝫ ni-
mis : ne sic gaudeas vt hereas ꝛ gau
dendo male hereas Nā vn̄ de⁹ mis-
cet tribulationes gaudiȷs terrenis n̄
vt tribulationem sentientes ꝛ amari
tudinem discam⁹ eternam desidera-
re dulcedinem: Quid ergo petit vide
amus quo merito dixerit cito exau-
di me Quid em̄ petis vt cito exaudi
aris: Multiplicab me Multꝫ mo
dis multiplicatio intelligi potest Est
multiplicatio terrene gn̄ationis se-
cūdum pꝛimā generationem nature
nostre bn̄dictionem quā audiuim⁹
crescite ꝛ multiplicamini ꝛ implete t
ram ꝛ dn̄amini eis Sic em̄ ille ne vo
lebat multiplicari qđ dicebat . cito ex
audi me: Et ista plane multiplicatio
fructuosa est : ꝛ nō venit nisi de bene
dictione dn̄i Iam qđ dicam de aliȷs
multiplicationibꝫ : Multiplicat⁹ est
ille auro . ille argento . ille pecoꝛe . ille
familia : ille possessionibꝫ ille hiȷs om
nibus Multe sunt terrene multipli-
cationes : feliciōꝛ aūt filioꝝ. q̄q̄m ho
minibus auaris eciā ip̄a fecunditas
molesta ē Timent em̄ ne paupes re
linquātur qui multi nasci potuerunt
Que sollicitudo pleros qȝ ad impieta
tem coegit vt obliuiscerentur qđ pa
rentes essent . omniqȝ humanitatis
affectu expoliati . exponerent filios
suos vt eos facerent alienos : ꝑicēt
que ꝑpit . colligeret q̄ non ꝑpit . il-
la cōtempneret illa diligeret : illa frus
Exime me de inimicis meis domine. qꝛ ad te cōfugi Qui aliqn̄ a te fugi: ad te cōfugi Fugit em̄ adam a facie dei ⁊ abscōdit se inter ligna paradisi: vt de illo diceretur in libro iob. tanq̄m seruus fugiens dn̄m suū ⁊ cōsecutus est vmbrā Fugit a facie domini sui ⁊ consecutꝰ est vmbram Ad vmbram em̄ fugit inter ligna paradisi Ve si ꝑmanserit in vmbra: ne postea dicatur transierūt omnia tanq̄ vmbra Exime me de inimicis meis Non ego hic inimicos hoīes cogito: non ē nobis colluctatio adūsus carnem ⁊ sanguinem Sed adūsus quos: Aduersus p̄ncipes ⁊ potestates: rectores mūdi Cuiꝰ mūdi: Non em̄ celi ⁊ terre: nō em̄ regunt qd̄ non fecerunt rectores mūdi Sed cuiꝰ mundi: Tenebrarum harū Quarū tenebrarum: Vtiq̄ iniquoꝝ Fuistis em̄ aliqn̄ tenebre: nunc āt lux in dn̄o Rcōres mundi tenebrarum harū. rcōres iniquoꝝ contra hos habetis luctamen Magnum ꝑlium nobis est hostē non videre ⁊ vincere Aduersus rectores mūdi tenebrarum harū. dyabolum scilicet ⁊ angelos eiꝰ. nō illiꝰ mundi rectores de quo dicitur et mūdꝰ ꝑ eum factus ē sed illiꝰ mundi de quo dicitᷣ ⁊ mundus non cognouit eū Exime me de inimicis meis dn̄e quia ad te cōfugi De inimicis meis: nō iuda. sꝫ qui impleuit iudam Illum patior visum: illū expugno nō visum Accepit em̄ buccellam iudas ⁊ introiuit in eū sathanas: vt iste dauid ꝑsecutionem pateretur a filio suo Qm̄ multos iudas dyabolus implet indigne accipientes buccellā ad iudicium suuꝫ Qui em̄ māducat ⁊ bibit indigne: iudiciū sibi manducat ⁊ bibit Nō malum est qd̄ datur: sed bonū malo in iudicium datur Bene eē non potest male accipienti qd̄ bonum est Ergo exime me ab inimicis meis qꝛ ad te cōfugi Ergo qꝛ ad te confugi vel quo a facie tua fugiam. si ascendero in celum tu illic es quo em̄ fugerem. quo ibo a spiritu tuo: si ascendero in celum tu ibi es. si descendero in infernū ades. qd̄ ergo restat: Si assumpsero pennas meas vt columba et volabo in extrema maris id est vt spe habitem in fine seculi: etem̄ illuc manus tua deducet me. ⁊ ꝑducet me dextera tua Exime me de inimicis meis qm̄ ad te cōfugi domine Doce me vt faciā voluntatem tuā: qꝛ tu es deꝰ meꝰ O cōfessio o prescriptio: qm̄ tu es inq̄t deus meus Ad alium currere feci si ab alio factus sum: tu es totum meū qꝛ tu es deꝰ meus Prēm queram propter hereditatē: Tu es deus meꝰ Nō solum dator hereditatis sed ipa hereditas Dn̄s pars hereditatis mee Dominum q̄ram ꝓpter redemptionem: Tu es deus meus Patronum q̄ram ꝓpter liberationem: Tu es deꝰ meꝰ

Postremo creatꝰ recreari cupio: tu
es deus meus qui creator meꝰ ꝗ cre
asti me per ṽbum tuū ⁊ recreasti me
ꝑ ṽbum Si creasti me ꝑ ṽbum deuꝫ
manētem apud te. recreasti ꝑ ṽbum
carnem factū ꝓpter nos Doce ergo
me vt faciā voluntateꝫ tuā: qꝛ tu es
deus meꝰ Si nō me docueris faciaꝫ
volūtatem meam: et deseret me deꝰ
meus Doce me vt faciā volūtatē tu-
am: quoniam tu es deꝰ meus doce
me Non em̄ tu eris deꝰ meus ⁊ ego
ero magister meꝰ Videte quēadmo
dum gracia ꝯmendetur hoc tenete h̔
inbibite. hoc vobis de corde nullꝰ ex
cutiat. ne habeatꝫ zelum dei sed nō se
cūdum scientiam: ne ignorantes dei
iusticiā et ṽrām volentes cōstituere
legē. iusticie dei nō sitis subiecti Ver
ba certe apostoli agnoscitis Dicite
ergo ista: Doce me vt faciā volunta
tem tuam qꝛ tu es deus meꝰ Spi-
ritus tuus bonus. non meus malus
Spūs tuus bonꝰ Deducet me in
terram rcām: qꝛ spūs meus malꝰ de
ducet me in terram ꝑuersam Et q̇d e
go merui: Que mea opa boā sine tu
o adiutorio cōputantur. vnde impe
trare dignꝰ eēm deduci a spiritu tuo
in terram rcām: Que opa tua vł que
merita mea: Propter nomē tuum
dn̄e viuificabis me Attēdite ergo qn̄
tum potestis gracie cōmendationē
q̄ gratꝫ salui facti estis Propter no
men tuū dn̄e viuificabis me non no
bis dn̄e nō nobis sed nomini tuo da
gl̃am Propter nomē tuū dn̄e viuifi
cabis me in tua iusticia nō in mea n̄
qꝛ ego merui sed qꝛ tu misereris Nā
si meū ostenderē merituꝫ: nichil abs
te mererer nisi supplicium Auulsisti
merita mea: inseruisti dona tua ꝓpt
nomē tuū dn̄e viuificabis me in tua
iusticia Educes de tribulatione a-
nimam meā et in tua misc̄dia ad inte
ritum deduces inimicos meos: ⁊ ꝑ
des omnes tribulantes aiām meam
qm̄ ego seruꝰ tuus sum

Explicit psalmus cxlij. Incipit psal
mus cxliij.

Psalmi huiꝰ titulus breuis
est numero ṽborū sed gra-
uis pondere misterioꝝ ipi
dauid ad goliam Preliū hoc factum
tꝑe patrū nrōrum de scripturis sanc
tis recolit mecū caritas vestra Cum
em̄ adūsus populum dei alienigene
dimicarent: ꝓuocauit vnꝰ vnū. goli
as dauid. in quo certamiē voluntas
dei ꝑ cuiusqꝫ ꝑtis victoria ꝓbaretur
Sed quid de victoria satagimꝰ. quā
do ꝓuocantem ꝓuocatumqꝫ cerna
mus: Prouocauit impietas pietatē
ꝓuocauit suꝑbia humilitatem pos-
tremo ꝓuocauit dyabolus cristum
Quid miramini dyabolū victū: Ille
erat grandis statura corꝑis: iste aūt
statura ꝑuus. fide magnus Accepit
arma bellica sanctus dauid vt aduer
sus goliam ꝓcederet: hec arma ꝑ e-
tatem ⁊ ꝑuam vt diximus staturam
corꝑis portare nō valuit Abiecit o-
nerantia nō adiuuātia: accepit q̇nqꝫ
lapides de flumine et posuit in vase
pastorali Hijs armatus corꝑaliter
nomine āt dei spiritualiter: ꝓcessit ⁊
vicit Hoc quidē ille dauid: sed miste
ria ꝑscrutemur Proposueramꝰ em̄
titulum istū breuē numero ṽborum
sed grauem pondere misterioꝝ Ve-
niat in mentem apostolica illa sentē
tia oiā h̔ in figura cōtingebant illł ne
impudētes videamur q̄rere aliq̇d ab
sconditū vbi possit dici totū sine mis
terij ꝓfunditate simpliciter dictum.
Habemꝰ ergo auctoritatē faciētem
vos intētos ad q̄rendū vigiles ad in
uestigandū deuotos ad audiendum

fideles ad credendū. impigros ad faciendū In dauid cristus: sed sicut soletis intelligere eruditi in scola eius. xp̄s caput ⁊ corpus Non ergo sic auditis aliquid ex psona cristi: quasi ad vos non ptineat qui estis mēbra cristi Hoc tm̄ in fundamento posito videte que sequantur Nostis mľtis sacramentꝫ visibilibꝫ ⁊ corporalibus oneratum eē populū primū circūcisione negocioso illo quodam sacerdotio ⁊ templo figuris pleno mľtiplicibꝫ holocaustoꝝ sacrificioꝝq̄ generibꝫ Hec dauid noster tanq̄ arma pmentia non adiuuantia posuit Si em̄ data esset lex que posset viuificare: vere ex lege eēt iusticia Vt qd ergo lex? Seqtur. sed cōclusit inquit scriptura omnia sub pccō: vt pmissio ex fide ihū cristi daretur credentibus Deniq̄ iste dauid scilꝫ xp̄s caput ⁊ corpus tpe reuelationis noui testamenti tpe insinuande et ꝯmendande grē dei qd fecit? Arma posuit. qnq̄ lapides tulit: arma vt diximꝰ onerantia posuit Ergo sacramēta legis sacramenta illa legis. q̄ non sꝫ imposita gentibꝫ posuit: q̄ nō obseruamꝰ. Meministꝭ em̄ quāta in veteri lege legamus ⁊ nō obseruemꝰ. sed tamē ad aliquā significationem pmissa et posita intelligamꝰ: nō vt abiciamus legem dei. sed vt sacramenta pmittētia impleta pmissione nō celebremꝰ Qd em̄ promittebant venit Grā em̄ noui testamenti in lege velabatur in euangelio reuelabatur Velū remouimus qd velabatur agnouimꝰ Agnouimus aūt in grā domini nostri ihesu cristi capitis ⁊ saluatoris nostri q̄ p nobis crucifixꝰ est. quo crucifixo eciam velū tēpli conscissum ē Deniq̄ arma ille posuit tm̄ onera sacramentorum veteris legis: ⁊ ipam legē accepit Quinq̄ em̄ lapides quinq̄ libros moysi significant Tulit ergo illos quinq̄ lapides de flumine Nostis quid sit fluuiꝰ Labitur em̄ mortale seculū ⁊ pterfluit q̄cquid venit in mūdum Erant ergo in flumine tanq̄ in pplo. illi primo lapides illic erant inutiles. vacabant nichil pderant. tn̄ sibat super fluuius Quid fecit dauid vt lex ipa vtilis eēt? Accepit grāꝫ Lex enim sine gracia impleri nō pt Plenitudo em̄ legꝫ caritas Et vn̄ ista caritas? Vide si non ex gracia Caritas inquit dei diffusa est in cordibꝫ nostris per spiritū sanctū q̄ datꝰ ē nobis Quia ergo gracia fecit impleri legē: significatur aūt gracia lacte Hoc em̄ est in carne gratuitum: vbi mater nō q̄rit accipe. sed satagit dare Hoc mater gratis dat: ⁊ cōtristatur si desit q̄ accipiat Quō ergo oñdit dauid legē sine gracia opari nō posse nisi cum illos lapides quinq̄ quibꝫ significabatur lex. in libris quinq̄ cōiungere volens gracie. posuit in vase pastorali quo lac mulgere consueuerat? Hijs armatus. gracia vtiq̄ armatꝰ ⁊ ideo psumens non de se sed de dño suo pcessit adūsus goliam supbū: se iactātem de se psumentem Tulit vnum lapidem iecit inimicū in fronte pcussit cecidit ex eo loco corpis vbi signum cristi nō habuit Hoc quoq̄ licet attēdas quinq̄ lapides posuit vnū misit libri lecti sunt. sed vnitas vicit Plenitudo em̄ legis vt paulo ante ꝯmemorauimꝰ caritas: ⁊ apl's ait sufferentes inuicem in dilectione studentes seruare vnitatem spūs in vinculo pacis Deinde illo percusso atq̄ deiecto gladiū eiꝰ abstulit ⁊ inde caput illi abscidit Et hꝫ facit noster dauid: deicit dyabolum de suis Qñ autem credūt magni eꝰ quos ille in manu habebat

⁊ de quibus ceteras aīās trucidabat cōuertunt linguas suas ꝯtra dyabolum et sic golie de gladio suo caput īcīditur Misteriū tituli ꝑ tp̄is breuitate tractauimꝰ videamꝰ quid habeat iste p̄s

Psalmꝰ

BEnedictus dn̄s deus meus q̇ docet manus meas ad p̄lium ⁊ digitos meos ad bellū Vox nr̄ā est si corpus cristi nos sumꝰ Benedicamus dn̄m nostruꝫ qui docet manus nostras ad p̄liū digitos nr̄ōs ad bellum Repetitio sententie videtur qd̄ est manꝰ nostras in preliū: hoc ē digitos nostros ad bellum An aliq̄d interest inter manꝰ ⁊ digitos: Digitis vtiq̄ꝫ opatur ⁊ manus Nō itaq̄ꝫ absurde accipimꝰ digitos ꝑ manibus positos Verūptn̄ in digitis agnoscimus v̄itatem. diuisionē opationis: ⁊ tn̄ radicem vnitatis vide illā grām Dicit apl's aliȷ̄ quidem per spiritum datur sermo sapientie aliȷ̄ sermo scientie secūdum eūdem spiritū aliȷ̄ fides in eodem spiritu aliȷ̄ donatio curationum in vno spiritu: aliȷ̄ genera linguaruꝫ aliȷ̄ ꝓphecia. aliȷ̄ diuinatio spirituum Omnia hec opatur vnus atq̄ꝫ idem spūs Radix est vnitatꝫ diuidens ꝓpria vnicuiq̄ꝫ ꝓut vult: aliȷ̄ illud aliȷ̄ hoc Hiȷ̄s ergo digitis pugnat corpꝰ cristi ꝓcedens in bellū ꝓcedens in p̄lium Jam p̄lioꝝ ⁊ bellorum genera ꝯmemorare fortasse lōgum est: ⁊ gerere faciliꝰ est q̄ꝫ explicare Habemꝰ vnū bellum qd̄ cōmemorat apl'us nō est vobis colluctatio adūsus carnem ⁊ sanguinem id ē adūsus homines a quibus videmini pati molestias: non aduersus ip̄os pugnātes. sed aduersus p̄ncipes potestates ⁊ rcōres mūdi Et ne intelligeres mūdi celi ⁊ terre ōn̄dit quid diceret tenebrarū harum mūdi scilicet nō qui per ip̄m factus est qꝛ ⁊ mūdꝰ per eū factus est: sed mūdi qui eum non cognouit qꝛ et mundus eū non cognouit Hee tenebre nō sunt natura sed voluntate Anima em̄ ꝑ semet ipsam nō lucet qꝛ humiliter ac veraciter cātat tu illuminabis lucernam meā domine deꝰ meus illumina tenebras meas et apud te inquit fons vite in lumine tuo videbimꝰ lumen. Non in lumine nostro sed in lumine tuo Nam ⁊ oculi nostri lumina vocantur ⁊ tn̄ lux extrinsecus si desit eciam sani ⁊ patentes in tenebris remanebunt Ergo bellū gerimꝰ aduersus rectores tenebrarū harū rcōres scilicet infidelium dyabolum ⁊ angelos eiꝰ: rcōres gladiȷ̄ eiꝰ. de quo pugnat dyabolus adūsus fideles Sed q̊modo golie ꝓstrato tollitur gladiꝰ vt ip̄i golie caput de gladio suo amputetur ita vt credūt ip̄i infideles dicitur eis fuistꝫ em̄ aliq̄n̄ tenebre. nūc aūt lux in dn̄o Pugnastis de manu golie: iā in manu cristi tollite caput golie Hoc em̄ vnū prelium: alterum aūt vnicuiq̄ꝫ in seip̄o Nō genꝰ hoc belli ex apostolica ep̄l'a legebatᷣ Caro cōcupiscit adūsus spiritū. ⁊ spiritus adūsus carnem: vt nō ea q̄ vultꝫ faciatis Et hoc graue bellū et qd̄ est molestius interiūt in quo bello si fit quisq̄ꝫ victor illos. quos nō videt inimicos cōtinuo supabit Nō em̄ tēptat dyabolus vel angeli eiꝰ: nisi qd̄ inte carnaliter dn̄atur Nam quō vincimus illos hostes quos nō videmꝰ nisi qꝛ carnales interiores motꝰ nostros sentimꝰ: Hiȷ̄s cōfligimus ⁊ illos ꝑcutimꝰ In amore pecunie dn̄atur auaricia: dn̄ante tibi auaricia dyabolus forinsecus lucrū cum fraude proponit Plerūq̄ꝫ em̄ ad lucrū non ꝑuenis nisi fraudem feceris Propo

nit ꝙ̊ ille forinsecꝰ auaricie tue quam intus non vicisti quā non domuisti quā nō tibi subiecisti ꝓponit tanq̄m atlethe suo agomtheta malꝰ fraudē ⁊ lucrum . opus ⁊ p̄mium : fac ⁊ tolle Tu aūt si calcas auariciā : si tibi interius non dn̄atur . quā si sentiens vincis . nā dyabolū insidiantem nō sentis : si ergo edomuisti auariciā attendis alterū ꝓponentē opus ⁊ premiū Quid ille ꝓposuit ? Fraudem ⁊ lucrū Quid ⁊ iste proponit ? Innocentiā ⁊ coronam Fac ⁊ tolle ⁊ ille dicit ⁊ iste Jam tu p̄liator interior . si non es victꝰ auaricia . sed victor auaricie illum attēdis ⁊ hunc vincis Discernis eīm vtrumq₃ et dicis hic video . opus ⁊ p̄mium : illic āt escam ⁊ laqueū Neq₃ enim aliquid dicis in te qđ non ꝑtineat ad te Etenim ex pccō diuisus es adu̇sum te Trahis cōcupiscentie ꝓpaginem ⁊ traducem mortis . habes qđ contra pugnes in te . habes qđ expugnes in te Sed habes quē inuoces vt pugnantem adiuuet te ⁊ vincentem coronet te qui nō existētem fecit te Quomodo inquis vincā ? Ecce ip̄e ap̄ls difficilimū preliū proponit ⁊ q̄₃ laboriosum sit aut forte insuperabile si nō intelligo ip̄e ostendit . Caro inquit cōcupiscit adu̇sus spiritum ⁊ sp̄us aduersus carnē : vt nō ea que vultis faciat₃ Quō me iubes vincere . cū ille dicat vt non ea que vult₃ faciat₃ ? Queris quō ? Attende ad ḡciam vasis pastoralis : lapidē de flumine in exceptorio lactis pone Ecce et ego tibi dico ymmo tibi ip̄a vitas dicit : prorsus nō facis qđ vis pugnāte carne adu̇sus spiritum tuū Si ad istā pugnam de te p̄sumis : āmonendus es ne frustra audieris . exultate deo adiutori nostro Si eīm ꝑ te impleres totū . nō esset necessarius adiutor Rursus si tu ip̄e tua volūtate nl̄ ageres : nō vocaretur adiutor Adiutor eīm aliquid agentem adiuuat Deniq₃ cū dixisset caro cōcupiscit aduersus spiritū ⁊ sp̄us adu̇sus carnē vt n̄ ea q̄ vultis faciat₃ ⁊ ꝓposuisset te ante te : veluti deficientem te in te cōtinuo misit ad adiutorem Qđ si spiritu ducimini : nō adhuc estis sub lege Qui eīm sub lege est nō implet legem sed p̄mitur a lege : sicut ille dauid sub armis erat Ergo si sp̄ū duceris vide quis te adiuuabit vt impleas qđ velis : adiutor tuꝰ susceptor tuus . spes tua Qui docet manꝰ meas in p̄liū et digitos meos ad bellum Manifesta eīm sunt inquit oꝑa carnis q̄ sūt fornicationes immūdicie . ydoloꝝ seruitus . luxuria . veneficia . cōtentiones inimicicie . ebrietates cōmessationes ⁊ hẏs similia . q̄ predico vobis sicut p̄dixi qm̄ qui talia agūt regnū dei non possidebunt : nō qui adu̇sus talia cōfligunt sed q₂ talia agūt Cū eīm confligis aliud est opus . cū vincis aliud est opus : cū pacē ⁊ reqem habes aliud est opus Hec dū exemplis demonstro . paucis aduertite Suggeritur aliquid . lucrū delectat . habet fraudē sed magnū ē lucrū : delectat nō cōsentis Pugnā vide : adhuc suadetur adhuc insistitur adhuc deliberatur Ergo q̇ pugnat ꝑiclitatur Vidimꝰ pugnam : cetera videamꝰ Cōtempsit iusticiam vt fraudē faceret . victꝰ ē . contempsit lucrum vt iusticie seruiret vicit In hẏs trib₃ victum doleo . pugnanti metuo : victori congaudeo Sz eciam ille qui vicit nūquid omnino egit in se vt prorsus eū pecunia nō attemptet aut nichil in eo excitet delectationis ? Quāuis suꝑabilis q̄₃uis cōtemptibilis q̄₃uis nō solum cui non consentiat sed cū q̄ nec pugnare dig-

netur: inest tñ aliqua delectatiōis ti tilatio Ista titilatio ⁊ ille hostis iam nec pugnat nec regnat: inest tñ ⁊ q̄si moratur in carne mortali qd nō erit Ducetur em̄ totum in victoriam sed postea Nō aūt corp⁹ quidē mortuum est ꝓpter peccatum ⁊ iō eidē corpori inest peccatum ⁊ si non regnat peccatum: spūs aūt vita ē ꝓpter iusticiam Si autē qui suscitauit cristū a mortuis habitat in vobis: q̄ suscitauit xp̄m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpa vrā ꝓpter inhabitantem spiritū eius in vobis Ibi iam nec qd pugnet erit nec qd titillet totū cedet in pace Non em̄ contraria aut contra aliā naturā pugnat. sed tanq̄m in domo marit⁹ ⁊ vxor si adūsus se dissentiant. molest⁹ et piculosus labor si maritus vincatur ⁊ vxor dn̄et pax puersa si aūt vxor marito domināti subiciatur pax recta: nō tñ aliquid ex alia natura q: ex homine fcā mulier viro Caro tua cōiunx tua famula tua. qdlibet deputata. opus est vt sbicias: ⁊ si pugnas vt ꝓsit pugna Hoc em̄ expedit inferi⁹ subici supiori vt ⁊ ille qui sibi subici vult qd est inferius se subiciat superiori suo Agnosce ordinem quere pacem: tu deo tibi caro Quid iusti⁹ quid pulchri⁹: Tu maiori: minor tibi Serui tu ei qui fecit te vt tibi seruiat qd factum est ꝓpter te Nō enim hūc ordinem nouim⁹ neq̄ hūc ordinem cōmendam⁹. tibi caro ⁊ tu deo: sed tu deo ⁊ tibi caro Si āt cōtempnis tu deū: nūq̄m sbiciet[2] tibi caro Qui nō obtēperas deo torq̄ris a seruo Nūquid si nō prius tu dō vt deinde tibi caro poteris dicere h̄ verba: bn̄dictus dn̄s deus me⁹ q̄ docet manus meas ad p̄lium ⁊ digitos meos ad bellū: Preliari vis indoct⁹ dāpnaberis vict⁹ Primo ergo te subdas deo. deinde illo docente te. et adiuuante p̄lieris ⁊ dicas: q̄ docet manus meas ad p̄lium ⁊ digitos meos ad bellum Et cū p̄liaris q: dum p̄liaris periclitaris dic q̄ sequūtur in p̄liandi periculo constitut⁹ Misericordia mea nō vincar Quid ē hoc misericordia mea: Prebes michi miām. ⁊ in me extitisti misericors an donasti michi vt ⁊ ipe sim miōrs: De nulla re sic vincitur inimic⁹ q̄ꝫ cum misericordes sumus Omnino parat calūpnias ad iudicium: ⁊ non p̄t falsa obicere q: non est apud quem Si enim apud hoiēm iudicem nobiscū ageret posset eū mentiēdo fallere ⁊ nos grauare criminationibꝫ falsis q: vō apō talem iudicem cā nostra cum illo est qui falli nō p̄t. ideo ambit vt ad peccatum seducat vt habeat vera q̄ obiciat Et vbi o forte aliquibꝫ ei⁹ fraudibꝫ succūbit humana fragilitas: sequtur in cōfessione opus humilitatis exerceatur in operibus miscōie pietas Omnia delētur cū ex vō corde ⁊ plena fiducia dicam⁹ illi qui videt et dimitte nobis sicut ⁊ nos dimittimus Dic toto corde dic tota fiducia dic secur⁹. dimitte nob̄ sicut ⁊ nos dimittimus: aut noli dimittere si nō dimittimus Qd ⁊ si dixeris noli dimittere si nō dimittimus ꝓrsus nō dimittit si non dimittim⁹ Neq̄ em̄ vt tu sis impunitus pccōr: erit ille mendax promissor Vis inquit vt dimittā: Dimitte Est aliud opus miē: vis vt dem da Vno loco positū est in euangelio. dimittite ⁊ dimittet[2] vobis: date ⁊ dabitur vobis Aliquid inq̄t ⁊ contra te teneo. aliquid ⁊ tu cōtra alterum tenes dimitte et dimitto Aliqd petis a me. aliqd petit alter a te. da et do Et que dimittit que dat: Nōne caritas: Et vn̄ caritas nisi per spiritū sanctuꝫ

qui datus est nobis. Si ergo per o-
pera miſcḋie noster vincitur inimicꝰ
⁊ opa miſcḋie habere nō poſſemꝰ ni
ſi caritatem haberemꝰ caritas ā̄t no
bis nulla eē̄t niſi per ſpiritū ſanctum
acciperemꝰ ille docet manꝰ nrā̄s in
p̄lium digitos noſtros ad belluʒ: illi
rcē̄ dicimus miā̄ mea a quo habemꝰ
eciam vt miōꝛdes ſimꝰ Judiciū ei ſi-
ne miſcḋia illi qui nō fecit miā̄m Per
ua putatꝫ opa miſcḋie. Libet de hijs
aliquid dicere attendite pꝛimo iſtam
ſententiā̄ de ſancta ſcriptura depꝛō̄p
tam quā̄ modo ꝯmemoꝛaui Judiciū
em̄ ſine miā̄ illi qui nō fecit miā̄m Si
ne miā̄ iudicabitur qui miā̄m non fe
cit añq̄m iudicaret. Quid deiñ q̇d ſe-
quitur. Superaltat aūt miā̄ iudiciū
Quid eſt hoc frē̄s ſuperaltat ā̄t miā̄
iudiciū. Superponitur miā̄ iudicio
in quo inuentū fuerit opus miē̄: et ſi
habuerit aliquid foꝛte in iudicio quo
puniatur tā̄q̄m vnda miē̄ peccati ig-
nis extinguitur Superaltat aūt mi-
ſericoꝛdia iudiciū Quid aūt cū talibꝫ
ſubuenit ⁊ cū tales liberat ⁊ cum tali
bus ignoſcit iniuſtꝰ eſt deꝰ. Abſit Et
ibi iuſtus eſt Non em̄ tollit miā̄ iuſ
ticiam nec iuſticia miā̄m Vide enim
ſi nō iuſtꝰ eſt: dimitte ⁊ dimitto da ⁊
do Vide ſi nō iuſtꝰ eſt: in q̄ menſura
menſi fueritis remetietur in ea voƀ.
Ad hoc em̄ in q̄ menſura Non enim
in mē̄ſura eiuſdem generis ē̄ ſed ad h̄
eadē̄ mē̄ſura. ignoſce et ignoſco Eſt
apud te mē̄ſura venie dande: inuem
es apud me menſurā̄ venie accipien
de Eſt apud te mē̄ſura tribuendi qḋ
habes: inuenies apud me menſuraʒ
accipiendi qḋ non habes Miſcḋia
mea ⁊ refugium meū: ſuſceptoꝛ me
us ⁊ erutoꝛ meꝰ Multū laboꝛat p̄li
atoꝛ hic tenens cō̄cupiſcentem adu̇-
ſus ſpiritū carnē̄ tene. qḋ tenes: tunc

erit plene qḋ vis. cum abſoꝛta fuerit
moꝛs in victoꝛia qñ reſuſcitatū moꝛ
tale hoc coꝛpꝰ transfertur in habitu
dinem angelicā̄ ⁊ in celeſtē̄ ſubuolat
qualitatem Moꝛtui inq̄t in xp̄o re-
ſurgent pꝛimi: deiñ ⁊ nos viuē̄tes q̇
reliqui ſumꝰ in aduentu dm̄ ſimul ra
piemur cū illis in nubibꝫ obuiam criſ
to in aera. ⁊ ſic ſemper cū dño erimꝰ
Ibi abſoꝛbebitꝛ moꝛs in victoꝛia ibi
dicetur vbi eſt moꝛs ꝯtentio tua vbi
eſt moꝛs aculeus tuꝰ. Non enim re
linquetur nec in animo nec in coꝛpo
re qḋ rebellet adu̇ſus amoꝛem ḋi ple
na victoꝛia plena pax De hac noƀ p̄-
liantibꝫ dicitur: venite filij audite me
timoꝛem dm̄ docebo vos In pꝛelio
eſtis in cō̄tentione cō̄fligitis ⁊ tamē̄
quā̄dam req̇em deſideratis Quis eſt
hō̄ qui vult vitam ⁊ diligit videre di-
es bonos. Quis ē̄ qui nō̄ dicat ego.
Ibi vita ibi dies bō̄i. vbi caro nichil
cō̄cupiſcit adu̇ſus ſpiritū: vbi non di
citur pugna ſed gaude Sed q̇s eſt q̇
hos dies non velit. Omnis hō̄ certe
dicit ego Audi q̇d ſeq̇tur Video quia
laboꝛas video qꝛ in pugna in pericu
lo diu̇ſaris: audi q̇d ſeq̇tur doce ma-
nus in p̄lium digitos in bellū Conti-
ne linguā̄ tuam a malo ⁊ labia tua ne
loquā̄tur dolū: declina a malo et fac
bonū Quō̄ enim poteris facere bo-
num niſi declinaueris a malo. Quid
quero vt veſtias qñ adhuc expolias.
Quid q̄ro vt dones qñ adhuc rapis.
Declina a malo ⁊ fac bonū Qua mer
cede. Nō̄ ſub te ploꝛet pꝛimo paup:
vt gaudeat de te paup Declina a ma
lo ⁊ fac bonū Qua mercede: Nā̄ mo
do pugnas: q̄re pacē̄ ⁊ pſeq̄re eā̄ Diſ
ce: dic miſcḋia mea et refugium meuʒ
ſuſceptoꝛ meꝰ ⁊ erutoꝛ meus ꝓtec-
toꝛ meus Suſceptoꝛ meꝰ ne cadam
erutoꝛ ne heream: ꝓtectoꝛ ne feriar

Protector meus ꝛ in ipo speraui
In hijs omnibꝫ. in toto labore meo.
in omnibꝫ ꝑlijs meis: in omnibꝫ dif-
ficultatibꝫ meis in ipo speraui Qui
subdit populū meū sub me Ecce ca-
put nostrū loquitur nobiscū Domine
quid ē hō q̄ innotuisti ei: Totū qd̄ ē
hoc est: q̄m innotuisti ei Quid ē ho-
mo q̄m innotuisti ei Aut filiꝰ hōis
q̄m estimas eū: Estimas eū tanti fa
cis tanti pendis ordinas: nosti sub q̊
ponas. supra quid ponas Estimati-
o em̄ est quanti ꝑcij sit Quicq̄ꝫ quanti
estimauit hoiēm qui ꝓ eo vnici san-
guinem fudit: Quid ē homo q̄m ino
tuisti ei: Cui quid innotuisti: Quid ē
filiꝰ hōis q̄m estimas eū: Quoniam
tanti eū pendis. tanti eū estimas: ꝓ-
ciosum quiddam eē ōn̄dis Nō enim
deꝰ sic estimat hoiēꝫ quō hō estimat
hoiēm: q̄n inuenit seruū venalem ca
rius equum q̄ꝫ hoiēm Ille quāti te es
timet vide. vt possis dicere. si deꝰ ꝓ
nobis quis cōtra nos: Et quāti te es
timauit qui filio ꝓprio non pepcit sꝫ
pro nobis omnibꝫ tradidit eū: Quo
modo nō ꝛ cum illo oiā nobis dona
uit: Qui hanc ānonam dedit pugnā
ti quid seruat vincenti: Ego sum in-
quit panis viuus qui de celo descen-
di Hec est ānona ꝑliantium de hor-
reis inuecta dominicis vn̄ pascūtur
angeli: q̄ panem angeloꝝ manduca
uit homo Post ꝑlia vo ꝛ hāc anno-
nam quid seruat. quid dabit victori-
bus n̄ qd̄ in alio psalmo dicitᷣ vnā pe
cij a dn̄o hanc requiram vt inhabitē
in domo domini omnibꝫ diebus vite
mee vt cōtemplar delectationē do-
mini ꝛ ꝓtegat me tēplum eiꝰ: Quid
est homo q̄m innotuisti ei aut filius
hōis q̄m estimas eū: Quē: Homo
vanitati similis factus est: ꝛ tn̄ inno
tuisti ei ꝛ estimas eū Homo vanita

ti similis factus est Cui vanitati: Tē
poribus ꝑtlabentibꝫ ꝛ ꝑt fluentibus
Vanitas em̄ ista dicitur: in ꝯpatioē
cuiusdam semꝑ manentꝫ ꝛ nūq̄m de-
ficientis veritatis Nā ꝛ ista creatu-
ra est loci sui Impleuit em̄ deꝰ terrā
sicut scriptū est bonis suis Quid est
suis: Sibi cōgruentibꝫ Sed hec om
nia terrena volatica trāsitoria. si cō-
parentur illi veritati vbi dictū ē ego
sum qui sum: totū h̊ qd̄ transit vani-
tas dicitur Euanescit enim ꝑ tempꝰ
tanq̄m in aura fumꝰ Et quid dicam
ampliꝰ q̄ꝫ id qd̄ apl's iacobꝫ dixit vo-
lens hoiēs superbos ad humilitateꝫ
redigere: Que em̄ inquit vita vestra
Vapor est ad modicū apparens de-
inceps exterminabitur Ergo homo
veritati similis factꝰ ē: peccando va
nitati similis factus ē Nam qn̄ ē pri
mum conditꝰ veritati similis factꝰ ē
sed q̄ paccauit q̄ recepit digna vani
tati similis factꝰ est Pro iniq̄tate em̄
erudisti hoiēm dicit in alio psalmo:
ꝛ tabescere fecisti sicut araneā aiām
meam In̄ ꝛ hoc homo vanitati simi
lis factus est Ibi quid ait: Ecce vete
res posuisti dies meos Hic qd̄ ait:
Dies eiꝰ sicut vmbra ꝑtereunt At
tendit sibi homo in diebꝫ vmbre sue.
vt faciat aliq̄d dignuꝫ desiderate luci
sue: ꝛ si in nocte vmbre est querat di
em Dies em̄ huiꝰ vanitatis cognos-
centi homini dies est tribulationis.
sine aliq̄ incōmoditate ꝛ aliq̄ molesti
a noceat nobis. sine aliq̄ ꝓsperitate
mūdꝰ arrideat. totū timendum ꝛ ge
mendū est: q̄m temptatio vita huma
na super terram Vn̄ dicitur. tota die
cōtristatus ambulabā Solacijs opꝰ
habemus ꝛ quicq̄d nobis nūc exibet
deus. cū ꝓspere exhibet nō est gau-
dium btōrum. sed cōsolatio misero-
rum Itaq̄ꝫ agat aliq̄d in quā hō dig-

num desiderata luce in istis diebus
vmbre sue ⁊ in nocte inquirat deum
sicut scriptuꝫ est in die tribulationis
mee deū exquisiui manibꝫ meis noc
te coram eo ⁊ non sum deceptꝰ Quā
dicit diem tribulationis . nisi quā di-
cit ⁊ noctē: Manibꝫ meis nocte co-
ram eo Adhuc in nocte sumꝰ ⁊ ad ꝓ
phecie lucernam vigilamus: aliqd ꝓ
missum ē . qd adhuc expectatur Sed
quid ait apl's petrus: Habemꝰ cer-
tiorem ꝓpheticū sermonē cui bn̄faci
tis intendētes tanq̄m lucerne lucen-
ti in obscuro loco: donec dies luces-
cat ⁊ lucifer oriat² in cordibꝫ vestris
Ipe dies ꝓminum nostrū ibi ē . ma-
ne exaudies vocē meam: mane asta
bo tibi ⁊ cōtēplabor Ergo oꝑare ꝙ-
uis in nocte manibꝫ tuis: id ē bonis
oꝑibus inquire deū an̄q̄m veniat di-
es ille qui te letificet . ne veniat qui te
mestificet Vide em̄ ꝙ securꝰ oꝑeris
q² non desereris ab illo quē queris .
Manibꝫ meis inquit deuꝫ exquisiui
nocte coram eo vt pater tuꝰ qui vi-
det in occulto reddat tibi id corā eo .
Intꝰ habeas miām caritatē ne aliqd
facias quasi studio placendi hōibus
Manibꝫ meis oꝑibus meis: in vm-
bra in hac vita: vbi ipe videt non vbi
placere hominibꝫ studeo Et quid se-
sequitur: Et nō sum deceptꝰ Hō va
nitati similis factus est . dies illiꝰ tꝙ
vmbra ꝑtereunt: ⁊ tn̄ innotuisti ei . ⁊
quid estimas eū D ñe inclina celos
tuos ⁊ descende: tange mōtes ⁊ fu-
migabūt Chorusca choruscationē ⁊
disꝑges eos: emitte sagittas tuas ⁊
cōturbabis eos Emitte manū tuam
ex alto ⁊ exime me: ⁊ erue me de aq̄s
multis Corpꝰ cristi hūilis dauid gra
cia plenus de deo ꝓsumens pugnās
in hoc seculo inuocat adiutoriū dei: i
clina celos tuos ⁊ descende Qui sūt ce

li inclinati: Ap'li humiliati Isti ei celi
enarrāt glaꝫ dei ⁊ de hijs cel' enarran
tibꝫ glaꝫ dei mox d. nō sūt loq̄le neq̄ꝫ
sermones q̄x nō audiāt² voces eorū
In oēꝫ trā exiuit sonꝰ eox ⁊ in fines
orb' tre vba eox Cū em̄ isti celi emit
terent voces suas ꝑ oēs tras et face
rent mirabilia: chorusc āte de ill' ⁊ in-
tonāte dn̄o miracul' et ꝓceptꝫ putati
sūt dij descēdisse de celo ad hoīes Nā
q̄dā de gentibꝫ h' putantes eis eciā sa
crificare voluerūt Tūc illi vidētes si
bi deferri indebitū honorē ⁊ expaues
centes ⁊ detestantes ⁊ eos q̇ sic erra
bant corrigētes vt on̄derent eis mo
tū animi sui ꝯsciderūt vestimēta sua
⁊ dixerūt Quid h' facitꝫ: Hoīes ⁊ nos
sumꝰ passibiles sicut ⁊ vos Et cepe-
runt s' hijs v̂bis ꝯmendare excellen
tiam dn̄i nostri ih̄u xp̄i humiliantes
se vt ꝯmendaret deꝰ q² inclinati erāt
celi vt descēderet deꝰ Incliā g̊ celos
tuos et descende factū ē tāge mōtes
⁊ fumigabūt mōtes suꝑbos elatio-
nes trenas tumidas grāditates Tā
ge inquit tāge istos mōtes: de gracia
tua da istꝫ mōtibꝫ Fumigabūt q² fa-
tebūtur pccā sua Fumꝰ confitentiū
pccōx: extorq̄bat ⁊ lacrimas humili
atox suꝑbox Tāge mōtes ⁊ fumiga
bunt: ꝙ diu nō tacti magni sibi videt̄
Dicturi sunt tu magnꝰ dn̄e: dicturi sūt
⁊ mōtes . tu solus altissimꝰ in omnē
terrā Sꝫ sunt q̇dam ꝯspirātes cōue-
niētes in vnum aduersus dn̄m ⁊ ad-
uersus cristum eiꝰ: cōuenerunt . con
spirauerunt chorusca chorusc atioēs
et disperges eos Crebresce miracul'
tuis: et soluetur conspiratio eorum
Chorusca chorusc ationes ⁊ disꝑges
eos: iā miracul' territi non audebūt
aliquid contra te . ⁊ in ipsis miracu-
lis expauescentes hesitabunt Quis
est iste qui tāta pt: Quis est iste q̇ sic

exaltatur cuiꝰ nomē tm̄ valet: Cū di
cunt quis est iste credituri sunt coꝛus
casti miraculis ⁊ dispꝑsisti malam cō
sensionem eoꝝ Emitte sagittas tuas
⁊ cōturbabis eos Sagitte potentis
acute: ꝓcepta tua dicta tua feriāt coꝛ
eoꝝ Emitte sagittas tuas ⁊ ꝯturbab
eos Vulnerentur male sani vt sanen
tur bene vulnerati: ⁊ dicant iam in ec
clesia ⁊ in coꝛꝑe cristi cōstituti. dicāt
cum eccā qm̄ vulnerata caritate ego
sum Emitte sagittas tuas ⁊ cōturba
bis eos: Emitte manuȝ tuam ex alto
Quid postea: Quid i fine: Quomo
do hinc vt coꝛpus cristi celesti adiu-
toꝛio: Veniet em̄ ipe dominꝰ in vo-
ce archangeli ⁊ in tuba dei descendet
de celo: ipe saluatoꝛ coꝛꝑis manꝰ dei
Emitte manū tuam ex alto et exime
me: ⁊ erue me de aquis multis Quid
est de aquis multis: De populis mľ
tis Quibȝ populis: Alienigenis. infi
delibȝ. siue foꝛis oppugnantibȝ siue
intus insidiantibȝ Exime me de aq̄s
multis in quibȝ me exercebas: in qui
bus me ad exuendū a soꝛdibȝ volue-
bas Exime me de aquis multꝫ Hec ē
illa aqua contradictionis Exime me
inquit ⁊ erue me de aquis multis Au
diamus iam de istis aquis multꝫ a q̄
bus eruet deus coꝛpꝰ cristi sui: a qui
bus eruet deus humilitatem dauid.
Quid est de aquis multis: Quid dix
isti ne aque aliter intelligātur: Quid
dixisti aquas multas: Quid dixi au-
di De manu filioꝝ alienoꝝū Audi-
te frēs inter quos simꝰ iter quos vi
uamus a quibus erui desideramus.
Quorum os locutum est vanita-
tem Hodie vos omnes si nō adhuc
diuina spectacula verbi dei cōgrega
ti essetis et eis hac hoꝛa permixti vi-
ueretis. quātas vanitates audiretꝫ:
Quoꝛum os locutum est vanitatem

Quando deniq̄ȝ loquentes illi vani-
tatem. audirent vos loqui veritatē:
Quoꝛum os locutum est vanitateȝ:
Et dextera eoꝝ dextera iniquita-
tis Quid tu inter eos. cum vase pas-
toꝛali habente quinq̄ȝ lapides: Dic m̄
aliter eādem legeȝ quam significasti
quinq̄ȝ lapidibus: significa et aliter.
Deus canticum nouum cantabo
tibi Canticū nouum gratia est. canti
cum nouū hōis noui est. canticū no-
uum testamenti noui est Cātabo ti
bi inq̄t canticuȝ nouū Sed ne putes
grām a lege discedere cū magꝫ ꝑ gra
ciā lex impleatur In psalterio de-
cem coꝛdarum psallā tibi In psalte-
rio decē coꝛdarum. in lege decēpre-
ceptoꝛum ibi tibi psallā. ibi tibi gau-
deam ibi tibi cantem cāticū nouū: q̄ꝛ
plenitudo legis caritas est Ceterum
qui non habent caritatē poꝛtare psal
terium pn̄t: cantare non pn̄t Ego ita
q̄ȝ inquit inter aquas cōtradictionis
cātabo tibi cāticum nouum: ⁊ nūq̄m
strepitu suo facient aque cōtradicti
onis vt obmutescat psalteriū meum
In psalterio decē coꝛdarū psallā tibi
Qui das salutē regibȝ iā fumātibȝ
montibȝ Qui redemit dauid seruū
suum Agnoscitꝫ dauid: estote dauid
Vn̄ redemit dauid seruū: Vn̄ r̄demit
xp̄m: Vn̄ redemit coꝛpus xp̄i: De
gladio maligno erue me De gladio n̄
sufficit: addit maligno Proculdubio
ē gladiꝰ benignꝰ Quid est gladiꝰ be-
nignꝰ: De q̊ dn̄s dicit nō veni pacem
mittere in terrā sȝ gladiū Sepaturꝰ
em̄ erat fideles ab infidelibus. filios
a ꝑntibus et ceteras necessitates di-
repturus. gladio putredinem absci-
denti mēbꝛa aūt cristi sananti Est er
go benignꝰ gladiꝰ bis acutꝰ: vtroq̄ȝ
acumiē ꝑpotēs veteris et noui testa
mēti narratiōe ꝑteritoꝝ ꝓmissiōe fu

turorū Est ergo iste gladiꝰ benignꝰ
ille aūt malignus est quo illi loquun
tur vanitatē: qꝛ benignꝰ est quo deꝰ
loquitur vitatem Ergo a gladio ma
ligno erue me Filij quippe hōim dē=
tes eoꝝ arma ꝛ sagitte: ꝛ lingua eoꝝ
gladius acutꝰ Ab h̄ gladio maligno
erue me Quē dixit mō gladiuꝫ: ipās
supius dixit aquas multas Erue me
de aquis multis Quas dixi aq̄s mul
tas: ipm dico gladiū malignū Deni=
q̄ȝ de aquis multis cū dixisset: secutꝰ
est de manu filioꝝ alienoꝝ quoꝝ os
locutum ē vanitatem Et vt noueris
ipos dici. cuꝫ et hic dixisset de gladio
maligno erue me: secutꝰ ē Et exi=
me me de manu filioꝝ alienoꝝ quoꝝ
os locutum est vanitatē. similiter si
cut ibi ꝛ qđ sequitur Dextera eorū
dextera iniquitatis hoc et supra po=
suerat qn̄ eas dixerat aquas multas
Tu enim ne aq̄s multas bona puta=
res: exposuit eas in gladio maligno
Nūc ergo exponat qđ dixit: quoruꝫ
os locutū est vanitatē et dextera eo
rum dextera iniq̄tatis Quoꝝ vanita
tem locutū est os eoꝝ? Et quomodo
dextera eorum dextera iniquitatis?
Quoꝝ filij iporū velut nouelle cō
stabilite in iuuentute sua Felicitateꝫ
iporum vult enumerare Attendite fi
lij lucis filij pacis attendite filij eccl'e
mēbra cristi attendite quos dicat a=
lienigenas. quos dicat filios alienos
quos dicat aq̄s cōtradictionis q̄s di
cat gladiū malignum Attendite obse
cro qꝛ inter istos piclitamini: int̄ ho
rum linguas adūsus carnis prā desi
deria dimicatis Inter horū linguas
positas in manu dyaboli de quibus
pugnat colluctationē habetis nō ad
uersus carnem ꝛ sanguinē sed aduer
sus principes ꝛ potestates ꝛ rcōres
mūdi tenebrarū harū hoc est iniquo
rum Attendite vt discernatis vos at
tendite ne putetis verā felicitatē esse
quam sibi optant hoiēs aut infirmi
aut maligni Ecce frēs certe filios ali
enos dixit: certe aquas multas cer=
te gladiū malignum Videte vanitatē
quā loquūtur et cauete ne talia loq̄=
mini cauete ne talia loquētes imite=
mini quoꝝ os locutum ē vanitatem
ꝛ dextera eoꝝ dextera iniq̄tatꝭ Quā
vanitatem locutū est os eoꝝ. et que
dextera eoꝝ iniquitatis est dextera?
Audi quoꝝ Filij eorū velut nouelle
constabilite a iuuentute sua Filie
eoꝝ cōposite ꝛ ornate sicut similitu=
do tēpli Cellaria eoꝝ plena eructan=
tia ex hoc in hoc Oues eorū fecunde
multiplicantes in egressibꝫ suis bo=
ues eoꝝ crasse Nō ē ruina sepis nec
exitꝰ nec clamor in plateis Ergo nō
est felicitas? Interrogo filios regni
celoꝝ. interrogo ꝓgeniem resurrec
tionis ineternuꝫ. interrogo corpus
cristi mēbra cristi templū dei ergo n̄
est ista felicitas habere filios incolu
mes filias ornatas plena cellaria ha
bundantia pecora. nullā ruinā nō di
co pietis sed nec sepis nullū tumul=
tum ꝛ clamorem in plateis sed quie=
tem pacē habūdantiam copiā reruꝫ
in domibꝫ in ciuitatibꝫ? Ergo nō ē is=
ta felicitas? Aut debeant eā iusti de=
fugere? Aut non inuenis domū iusti
habūdantem rebꝫ hijs omnibꝫ plenā
ista felicitate? Nō erat domꝰ abrahe
habūdans auro. argento filijs fami
lia pecoribꝫ? Nōne iacob scūs patri
archa fugiens a facie esau fratris sui
in mesopotamiam seruiēs ditatꝰ e=
gressus est et egit gratias domiō dō
suo quia in virga sua transijt fluuiuꝫ.
ꝛ regressus est cum tanta habundan
tia pecorum atq̄ȝ filiorum? Quid di=
cimꝰ? Nō ē ista felicitas? Sit licet. ſꝫ

finistra Quid ē finistra: Tp̄alis mor
talis corporalis Nolo illā iā defugi
as: sed neq̧ dexterā putes Nō enim
isti ideo maligni. ideo vani qꝛ hijs ha
bundant. sed qꝛ id qđ finistrum eē de
buit in dextero ponebāt Jđ ꝛ dexte-
ra eoꝝ dextra iniquitatis iđ os eorū
locutū est vanitatem: qꝛ hoc in dex-
tera posuerunt. qđ in finistra habere
debuerunt Quid ē in dextera pone-
re debuerunt: Deum eternitatem. an
nos dei nō deficientes: de quibꝫ dici
tur ꝛ anni tui nō deficient Ibi dexte
ra. ibi esse debet desideriū nostrū Si
nistra vtamur ad tempꝰ: dexterā de
fideremus ineternū Diuitie fi afflu-
ant ne apponatis cor Si em̄ duitijs
fluentibꝫ cor apposueritis: qđ finis-
trum est dexterū facietis Corrigite
vos agnoscite sapientiam amplectē
tem vos. cui dictū est: finistra eiꝰ sb
capite meo: ꝛ dextera eiꝰ cōplectetꝛ
me Videte amatoria scā cantica vide
te cantica canticoꝝ nuptiarū celesti-
um xp̄i et eccl'e Quid dicit sponsa de
sponso: Sinistra eiꝰ sub capite meo
ꝛ dextera eiꝰ amplectetur me Sinis
tra sb capite: dextera sup̄ caput Am
plectentis em̄ desuper brachiū super
caput. finistra āt subter caput Sinis
tra inquit eiꝰ sub capite meo Nō ei
me deseret et in tp̄alibus necessarijs
sed tn̄ ipa finistra sub capite erit Nō
capiti p̄ponetur sꝫ sub capite erit: vt
dextera eiꝰ cōplectatur me. pollicēs
vitam eternā Ita em̄ finistra sub ca-
pite fi dextera sup̄ caput: impleturq̧
qđ ad thymotheū scriptū est. ꝓmissi
onem habens vite p̄sentis et future
Promissionem inquit habens vite p̄
sentis ꝛ future Quid in p̄nti: Sinis-
tra sub capite Quid in futuro: Dex-
tera eiꝰ cōplectetur me Tp̄i necessa
ria q̄ritis: q̄rite primū regnū dei id ē
ad dexteram et hec omnia apponen
tur vobis Habebitis h̄ inq̄t diuitias
ꝛ gloriam et in futuro scl'o vitā eter-
nam: ꝛ finistra cōtinebo infirmitatē
vrām ꝛ dextera coronabo ꝑfectionē
vrām An forte apostoli relinquētes
oīā sua. aut paupibꝫ qđ habebant dis
tribuētes fine diuitijs in h̄ scl'o remā
serunt: Et vbi ē illa ꝓmissio finistre.
accipiēt in hoc scl'o septies tm̄: Mul
tiplicationem ꝓmisit Et reuera quid
desit homini dei: Si quis forte infi-
delis est vnā domuꝫ aut paucas ha-
bet: fidelis hōis totus mūdus diuici
arum est Vide finistrā eiꝰ plenam sb
capite: accipiet in hoc seculo septies
tm̄ Videte dexterā cōplectentem ꝛ i
futuro seculo vitam eternā Merito
ꝛ alio loco de ipa sapientia dicitur in
dextera eiꝰ anni vite et in finistra eiꝰ
diuitie ꝛ honor Vn̄ ergo isti vanilo-
qui: Quare vanitatem locutū est os
eoꝝ: Quia dextera eoꝝ dextera iniq
tatis Nō ergo eos arguo qꝛ filij eo
rum velut nouelle cōstabilite a iuuē
tute sua nec qꝛ filij eorū ornate ficut
fimilitudo tēpli est: nec qꝛ cetera ha-
bundantia ꝛ pax terrena adheret eis
Sed quare arguo: Beatū dixerūt
populū cui hec sunt O loquētes ho-
mines vanitatē. beatū dixerūt popu
lum cui h̄ sunt Perdiderūt verā dex-
teram maligni ꝑuersi: beneficia đi in
uersi se vestierunt O maligni o vani
loqui o filij alieni beatū dixerūt po-
pulum cui h̄ sunt Nō ad finistrā erat
ad dexteram posuerunt beatum dix
erunt populū cui h̄ sunt Quid tu da
uid: Quid tu corpꝰ cristi: Quid vos
mēbra cristi: Quid vos nō filij alieni
sed dei: Qm̄ vaniloqui filij alieni bea
tum dixer̄t populū cui h̄ sunt vos q̄d
dicitis: Beatꝰ pp̄l's cuiꝰ dn̄s deus
ipsius Habete ergo finistram sed in

finistra desiderate dexterã vt pona-
mini ad dexteram Ad finistrã em̃ ha
buerunt finistrã. apud quos esuriuit
z dederunt ei mãducare. fitiuit potũ
dederunt. hospes fuit susceperũt. nu
dus fuit vestierunt h̃ totũ de finistra
abstulerunt z ad dextere opa trãstu
lerunt vt ad dexterã ponerẽtur Dix-
erunt ergo vaniloqui filij alieni bea-
tum populũ cui h̃ sunt: vos dicite no
biscum btũs ppl's cui⁹ dñs de⁹ ipi⁹
Explicit ps cxliij. Incipit ps centesi
mus q̃dragesim⁹ quart⁹

Laudare vobiscũ dñm desi-
derauim⁹: z qm̃ concedere
dignat⁹ est. vt laus quã illi
dicimus habeat ordinẽ suũ. ne forte
aliquo excessu quẽ laudat offendat.
meli⁹ iter laudis in scriptura dei q̃ri-
mus ne ab ipa via nec in dexterã nec
in finistram digrediamur Audeo em̃
dicẽ caritati vestre vt bñ ab homine
laudetur de⁹. laudauit seipe deus: et
q2 dignatus est laudare se. iõ inuenit
hõ quẽadmodũ laudet eũ Neq3 em̃ h̃
pt dici deo qd dictũ est homini nõ te
laudet os tuũ Vt em̃ se homo laudet
arrogantia est: vt de⁹ se laudet miã ẽ
Prodest amare quẽ laudam⁹: bonũ
amãdo nos meliores efficimur Ita
q3 qm̃ h̃ nobis pdesse nouit vt ame-
mus eum. laudando se amabilẽ se fa
cit z in eo nobis cõsulit q2 se amabi-
lem facit Exhortat² ergo cor nostrũ
in laudẽ suam. z spũ suo impleuit ser
uos suos vt laudarent eũ Et qm̃ spi
ritus ei⁹ in seruis ei⁹ laudat eũ. quid
aliud q̃3 ipe se laudat

Psalmus

Exaltabo te de⁹ meus rex me
us z bñdicam nomen tuũ in
seculum z in seculũ seculi Videtis in
choatam eẽ laudẽ dei: z vsq3 ad finez
psalmi laus ipa pducitur Deniq3 ti-
tulus psalmi ẽ laus ipi dauid Et quo
niam dict⁹ est dauid q̇ venit ad nos
ex semine dauid. ipe aũt rex noster ẽ
regens nos z introducẽs nos in reg
num suuz: intelligitur laus ipi dauid
laus ipi cristo Crist⁹ aũt scdm carnẽ
dauid q2 fili⁹ dauid: scdm diuiuitatẽ
ãt creator dauid z dñs dauid Deniq3
z apl's cũ honoraret pmũ populũ di
vñ z apostoli ipi crediderunt et mul
te eccẽ prime facte sunt facientes in
multis hõim milib3 qd mõ ex euãge
lio diues vn⁹ audiuit z tristis abces-
fit id est vendẽtes omnia q̃ habebãt
z distribuentes paupib3 z pfectionẽ
in dño requirentes: cũ ergo laudas-
set ipm populũ pmũ sic ait. quorum
patres et ex quib3 xpũs scd3 carnem
qui est sup õnia de⁹ bñdict⁹ in secula
Quia itaq3 ex ipis xpũs scdm carnez
iõ dauid: q2 vero ipe ẽ sup omnia de
us benedict⁹ in secula ideo exaltabo
te dñe deus meus rex me⁹. z benedi
cam inquit nomẽ tuũ in seculũ z in se
culum seculi Forte in seculũ h̃: in se-
culum aũt seculi ineternũ Mõ ãt in
cipe laudare: si ineternũ laudaturus
es Qui laudare nõ vult in trãsitu h⁹
seculi: obmutescet cũ venerit seculuz
seculi Proiñ sequẽtib3 vsibus prope
hoc dixit Ne q̇s eciam aliter intelli-
geret qd ait laudabo nomẽ tuũ in se-
culum z q̃reret aliud seculũ qñ lauda
ret Per fingulos inquit dies bene
dicam te Lauda ergo z benedic do-
minum deum tuũ per fingulos dies
vt cum finiti fuerint finguli dies z ve
nerit fine fine vnus dies. eas ex lau-
dibus in laudem ficut ex virtutibus
in vtutem Per fingulos inquit dies
benedicam te: non transiet dies q̊ te
non benedicam Nec mirum est si le-
to die tuo benedicis deum tuum:
quid si forte illuxerit aliquis trist3 di

es sicut se habent humane res. sicut est habundantia scandalorũ sicut est multiplicatio tẽptationũ. qd ergo si aliquid accidat triste hõi. desines laudare deum desines bñdicere creatorem tuũ: Si desines: mẽtitus es dicendo p singulos dies bñdicã te domine Si aũt nõ desines ꝛ si tibi videtur in die tristi male: erit tibi in dõ tuo bene Est em̃ et qñ male ẽ tibi vt bñ tibi sit Si em̃ in aliquo malo male ẽ tibi: ꝓculdubio in aliquo bono bene erit tibi Et quid tam bonũ ꝙ deꝰ tuus de quo dictũ ẽ. nemo bonꝰ ñ vnꝰ deꝰ: Nam ꝙ sit secura ista laudatio ꝛ ꝙ sit securum h̄ bñ intelligere de ipso bono Nã si gaudes de bono qd tibi accidit per diem fortasse trãsit alio die hoc vñ gaudes bonuꝫ Bñ fuit m̄ bonũ diem duxi: qꝛ forte lucra venerunt. aut inuitatus es. aut in epulis diu fuisti Gaudes qꝛ in epulis diu fuisti: alter te dolet qꝛ nõ erubuisti Verũptamen de quocũꝙ tali bono gaudeas: certe trãsitorium ẽ Si ãt gaudeas in deo tuo audies dicentẽ scripturam. delectare in dño: tanto firmius gaudebis quãto est ille certior in quo gaudebis Si em̃ gaudes de nũmo times furem Si aũt gaudes de deo qd times: Ne tibi quisq̃m auferat deum: Deuꝫ nemo tibi auferet si tu eum nõ dimiseris Nõ enim sic est deꝰ quõ lux ista de celo fulgens non qñ volumꝰ ad eã accedimus qꝛ nõ in omni loco lucet Per infirmitatẽ nostram forte sit vt hyeme nos delectet eẽ in ipa luce: nũc aũt per estatẽ videtis qꝛ magis eũ locũ q̃siuimꝰ vt in ipsa luce nõ staremꝰ In deo ãt tuo qñ stas ꝛ in lumine eiꝰ veritatis delectaris: nõ q̃ris locum quo ad eum accedas sed cõscientia accedit. cõscientia recedit Nõ dictuꝫ ẽ accedite ad eũ ꝛ illuminamini. aiõ dictum ẽ nõ vehiculo. affectibꝫ dictũ ẽ nõ pedibꝫ: ꝛ cũ in eo stabis. estus nõ patieris Spiritꝰ em̃ spirabit tibi ꝛ sub alis eiꝰ sperabis Vides em̃ habere te quõ delecteris per singulos dies Nec em̃ te dimittet deꝰ tuꝰ eciã si aliquid triste acciderit Nũ em̃ triste erat qd scõ viro iob acciderat ꝙ repente q̃m multamala queãdmodum omnia de q̃bus gaudere putabatur nõ de quibꝫ gaudebat. dyabolo temptante subtracta sunt queãdmodũ et filij mortui sunt: Perijt qd seruabatur perierunt quibus seruabatur nec tñ perijt qui ꝛ illud ꝛ illos dedit Et ipi filij presenti seculo pierunt. agnoscendi ꝛ recipiendi in futuro: ille tñ vir habens aliud vñ gauderet in quo veruꝫ erat qd mõ ꝯmemorauimꝰ p singulos dies benedicam te. nũquid qꝛ ille dies quo totuꝫ pierat tristis illuxit. iõ lux interior in corde defecit: Stetit quippe in illa luce et ait. dñs dedit dñs abstulit sicut dño placuit ita factum est sit nomẽ domini bñdictuꝫ Ergo per singulos dies laudauit: qui eciam in die tam tristi laudauit Breue magisterium est vt semper laudes deũ Veroꝙ corde non falso dicas Benedicam dominum in omni tempe semp laus eius in ore meo Breue magisterium est scilicet vt noueris eum misericorditer dare cũ dat. misericorditer auferre cum tollit: nec te credas a misericordia eius derelinqui qui tibi aut blanditur dando ne deficias ã corripit exultantem ne pereas Siue ergo in eius donis siue in eius flagellis. lauda eum Laus flagellantꝭ medicina est vulneris Per singulos inquit dies benedicam te. Prorsus per singulos dies fratres benedicite: omnino quicquid acciderit. be-

nedicite deū Etem̄ ne accidat aliquid qd̄ ferre nō potestis :ip̄e facit Jdō cū timore debes esse qn̄ tibi bn̄ est:neq̄ȝ te ad hoc parare quasi nūq̄m temp-teris Si em̄ nūq̄m temptaris nūq̄m ꝓbaris Nōne meliꝰ est tēptari ꝛ ꝓbari q̄ȝ nō temptatū reprobari. Et laudabo nomen tuū in seculū et in seculum seculi Magnꝰ dn̄s ꝛ laudabilis valde Quātum dicturꝰ erat q̄ verba q̄siturus quātam cōceptionē cō-clusit in vno valde.cogita quātuȝ vis Qn̄ aūt potest cogitari qui capi non potest: Laudabilꝭ ē valde Et magnitudinis eiꝰ non ē finis Jdō dixit valde q2 magnitudinis eiꝰ non est finis ne forte incipias velle laudare et putes te laudando posse finire cꝰ magnitudo finem nō potest habere Noli ergo te putare eū cuiꝰ magnitudinis finis nō est sufficienter posse laudare Nōne ergo meliꝰ ē vt quō ipse non finitur nec laus ip̄ius finiatur: Jlliꝰ magnitudo fine fine ē .ꝛ tua laudatio fine fine fit De magnitudine eꝰ quid dictū est: Magnitudinis eius nō est finis De tua laude qd: Laudabo nomē tuū in seculū ꝛ in seculū seculi Ergo sicut eiꝰ magnitudinis nō est finis sic tue laudis non erit finis Nō em̄ cū mortuꝰ fueris in hac carne desines laudare dn̄m Dictū ē quidem non mortui laudabūt te domine sed illi de quibȝ dicitꝛ:a mortuo velut qui nō sit perit cōfessio non illi de quibȝ dixit .qui credit in me licet moriatur viuet: q2 deꝰ abraham deꝰ ysaac ꝛ deus iacob.non est mortuorū sȝ viuorum Si em̄ nūq̄m nisi ip̄iꝰ eris nūq̄m laudē ip̄iꝰ tacebis Timere poteris ne dū hic viuis .ip̄ius sis ꝛ cum mortuꝰ fueris nō ip̄ius sis: Audi apostolum ꝓmittentē tibi securitatē siue viuimꝰ dn̄o viuimus siue morimur dn̄o morimur :siue ergo viuimus siue morimur dn̄i sumꝰ Et vnde factum est vt eius sis ꝛ mortuus: Quia p̄cio sui sanguinis te redemit. Et mortuꝰ quomō ꝑdit seruū mortuū cuiꝰ mors ē preciū tuū: Jdō cum dixisset siue viuimꝰ siue morimur domini sumꝰ :vt ostenderet ip̄m preciū ad hoc em̄ inquit cristus mortuꝰ est vt ꝛ viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ dominetꝛ Verūptamen quia magnitudinis eius nō est finis .et eum quē non capimꝰ laudare debemꝰ. si em̄ capimus est magnitudinis eiꝰ finis :si aūt magnitudinis eius non est finis .capere ex eo aliquid possumus. deum tn̄ totuȝ capere non possumus .tanq̄m deficientes in eiꝰ magnitudine .vt reficiamur eius bonitate ad oꝑa respiciamus :ꝛ de oꝑibus laudemus oꝑantem de conditis conditorē de creatura creatorem Videamus que hic fecerit q̄ nobis nota sunt q̄ nobis manifesta sunt Jlliꝰ em̄ īmensa bonitas ꝛ iterminabilis magnitudo q̄ȝta alia fecit :q̄ nos non nouimꝰ: Qn̄ quidē aciem oculorum nr̄orū vsq̄ȝ ad celuȝ extendimus .ꝛ a sole ꝛ a luna ꝛ a stellis rursus reuocamꝰ ad terram et hꝫ totum spaciuȝ est vbi vagatur acies nostra Vltra celos quis extendit aciem vel mentis non dicam carnis: Ergo quātum nota sunt nob̄ oꝑa eius laudemꝰ eū per oꝑa eiꝰ Jnuisibilia em̄ eiꝰ a cōstitutione mūdi ꝑ ea q̄ fcā sunt intellecta cōspiciuntur Generatio ꝛ gn̄atio laudabit oꝑa tua Omnis gn̄atio laudabit opera tua Forte em̄ omnis gn̄atio dcā est generatio ꝛ gn̄atio Nō em̄ tam diu dicturꝰ erat generatio ꝛ generatio .q̄ȝdiu finiret numerū omniū generationū sȝ repetitio loquentꝭ. in infinituȝ misit animū cogitātis Ecce ista generatio

ꝗ nūc in carne est trāsitura hinc sicut
venit laudat oꝑa dei . ⁊ illa cui succe-
denti cedit laudabit vtiqꝫ oꝑa dei . et
post illam erit alia . ⁊ vsqꝫ in finē secu
li qꝫ multe generationes : Hoc signi
ficans ait gn̄atio et generatio lauda
bit oꝑa tua An forte duas quasdam
generationes insinuaē voluit ista re
petitione : Sumꝰ enim in ista gene-
ratione filij dei : erimꝰ in illa genera-
tione filij resurrectionis Appellauit
scriptura filios resurrectionis : ip̄am
resurrectionē regenerationē voca-
cauit In regeneratione inquit cū se-
derit filiꝰ hominis in maiestate sua :
item in alio loco nō enim nubent ne
qꝫ vxores ducent cū sint filij resurrec
tionis Ergo generatio et generatio
laudabit oꝑa tua Laudamꝰ nunc oꝑa
dm̄ cū in hac mortalitate viuimꝰ ⁊ si
laudamꝰ cōpediti . quomodo lauda
bimus coronati : Ergo h̾ nūc atten-
damus in hac generatione oꝑa do-
mini in cuius laude dicitur gn̄atio ⁊
generatio laudabit oꝑa tua : quoniā
magnitudinis tue nō est finis . Oꝑa
tua intueri licet vt tu lauderis q̇ talia
oꝑaris Et v̾tutem tuam annūcia
bunt Neqꝫ em̄ oꝑa tua laudabūt ni-
si vt v̾tutem tuam annuncient Pro
ponunt² laudes pueris in scola : ⁊ ō-
nia talia ꝓponūtur q̄ laudentur q̄ de
us est oꝑatus Proponūtur homini
laus solis . laus celi laus terre : vt ad
minora eciā veniā laus rose laus au
ri Omnia ista oꝑa dei sunt Propo-
nūtur suscipiuntur laudātur oꝑa ce
lebrantur . de oꝑatore tacetur Ergo
in oꝑibus volo laudari creatorē ing̃
tum nō amo laudatorez Laudas qd̄
fecit taces de illo qui fecit : quasi ve-
ro nisi ille tantꝰ eēt . inuenires quod
laudares in eo qd̄ vides Quid ibi lau
datur : Species vtilitas : aliqua vir-

tus aliqua potentia rerū istaruz Si
pulchritudo te delectat . q̇d pulchrius
faciente : Si vtilitas laudatur q̇d illo
vtilius qui fecit omnia : Si v̾tus lau
datur quid illo potentius a quo fac-
ta sunt omnia a quo eciā fcā non di-
a ysaac ex abrahā isrl' ex ysaac Quo-
modo placuit deo abraham: Credi-
dit aūt abraham deo : et deputatum
est illi ad iusticiā Quisq̄s imitatꝰ fue
rit abraham : filiꝰ est abraham Quis
q̄s degenerauit a fide abrahā : ꝑdidit
ꝓgeniem abraham Iudei degenera
uerunt : ꝑdiderūt Imitati sumꝰ nos
inuenimus Audi q̄ꝛ illi perdiderunt.
Quid illis dicit dñs dicentibꝫ filij su-

mus abraham? Ausi sunt ostentarē
se ⁊ erigere ceruicem de nobilitate
generis iusti. Et quid illis dominus?
Si filij abrahe essetis facta vtiq; a-
brahe fecissetis. Si ergo ꝑdiderunt
ipsi quod filij sunt abrahe. īuenimꝰ
nos vt filij simus abrahe: Creden-
do quippe inuenimus. quod illi nō
credendo amiserūt. quia credidit a
braham deo ⁊ reputatum est illi ad
iusticiam. Et semen abrahe xpistꝰ
⁊ in xpisto nos sumus. ⁊ ex israhel
ppl's. de quo populo maria. de qua
maria xpistus. in quo xpisto nos.
ergo filij israhel nos: Et quomodo
addidit vt discerneret nos filijs isra
hel populo appropinquāti sibi? At
tendite iudeos. si ꝓpinquāt ipsi sunt
⁊ forte ꝓpinquant: Dicit michi ali-
quis. cotidie cantant ⁊ ipsi psalmū.
⁊ cantant ymnos dei: Non auditis
quod eis dixit ꝓpheta? Populus hic
labijs me honorat. cor autem eorū
longe est a me Si illorum cor longe
est. nostrum autem proximum est
quia credimus quia speramus quia
diligimus quia xpisto adiuncti su-
mus. quia membra ipsius facti su-
mus: Nunquid membra lōge sunt
a capite? Si essent longe ⁊ diuisa es
sent. nō diceret. ecce ego vobiscum
sum omnibus diebus vsq; in cōsum
mationem seculi: Si sepata eēnt. n̄
de celo diceret. saule saule quid me ꝑ
sequeris Si nō in nobis esset. nō di
ceret. esuriui ⁊ nō dedistis michi mā
ducare: Et cum dicerent illi. quādo
te vidimus esurientem. respondit.
cum vni ex minimis meis fecistis
michi fecistis. Ecce populus. ecce
appropinquans israhel. ⁊ cum illo
modo spe. postea re: Conuersi ad
dominum:

¶ Explicit psalmꝰ cētesimꝰ qdragesimus octauꝰ Incipit p̄s cētesimꝰ q̄dragesimꝰ nonꝰ

Laudemus dn̄m ⁊ in voce et
in intellectu ⁊ in opere bono
⁊ sicut nos hortatur iste psalmus.
cantemus ei ⁊ canticum nouum. sic
em̄ incipit:

¶ Psalmus

Cantate domio cāticū nouū
Vetus homo vetus canticū
nouus homo nouū cāticum. Vetus
testamentum vetus canticum. no-
uum testamētum nouum canticum
In veteri testamēto ꝓmissiones sūt
tempales ⁊ terrene Quisquis terre
na diligit. vetus cāticū cantat. Qui
vult cātare cāticum nouum. diligat
terrena Ipsa dilectio noua est ⁊ et̄
na Ideo semꝑ noua. quia numq; ve
terascit: Nam si bene cōsideras. an
tiquum est hoc Quomodo ergo est
nouum? Nunquid frēs mei vita et̄
na modo nata est? Vita eterna ipse
xpistus. ⁊ secūdum diuitatem non
modo natus est. quia in principio e
rat verbum ⁊ verbum erat apud de
um ⁊ deus erat verbum: Hoc erat
in principio aput deum Omnia per
ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factum
est nichil Si que ꝑ ipsum facta sunt
antiqua sunt. quid est ipse ꝑ quē fac
ta sunt? Quid nisi eternus ⁊ patri
coeternus? Sed nos dilapsi in pec
catum. ꝑuenimus ad vetustatem:
Nostra em̄ vox est in illo psalmo v
bi dicitur cum gemitu. inueteraui i
ōibus inimicis meis. Inueterauit
homo ꝑ pcc̄m. innouatur ꝑ grām.
Omnes ergo qui innouātur in xp̄o
vt ad vitam eternam incipiāt ꝑtinē
cāticum nouū cantant. ⁊ h̄ cāticum
pacis est. canticū hoc caritatis est:

Quisquis se a cõiũctiõe scõꝝ sepat.
nõ cãtat cãticũ nouũ. secutꝰ est ei ve
tustam animositatẽ nõ nouã carita
tẽ In noua caritate qd est? Pax vin
culũ scẽ societatis. cõpago spũalis.
edificiũ de lapidibꝰ viuis Vbi est h?
Nõ in vno loco. sed ꝑ vniuersum or-
bẽ terraꝝ Audi h de alio psalmo. sic
dicitur. cãtate dño cãticũ nouũ. cã
tate dño õnis tra: Ex h intelligit. qa
nõ cũ õni tra cãtat cãticũ vetꝰ: Can
tat qlibet vba ð ore eiꝰ ꝓcedũt Quid
em̃ attẽdo quid soẽt. cũ video quid
cogitet? Et tu inqs vides qd cogitẽ?
Facta indicãt Nã oculus in cõsciẽti
a nõ penetrat Attẽdo qd agat. ⁊ ibi
video qd cogitet Neqꝫ em̃ si qsqꝫ v-
bi grã cõprehẽdẽt hoiẽm in furto. in
homicidio in adulterio. cogitatio ẽs
ipsius in corde videt. sꝫ in factis st q
dã q intus latẽt: Sꝫ sunt ⁊ multa q
ꝓcedũt in opa. ⁊ mãifesta fiũt etiã
hoibꝰ Cũ g essent illi q se a compage
xpi caritatis ⁊ a societate scẽ eccl'e se
ꝑarũt mali itus aput se. nõ noueãt
nisi deꝰ Vẽit ⁊ tẽptatio. sepauit illos
⁊ patefecit hoibꝰ qd noueãt deꝰ:
Nõ em̃ fructꝰ ostẽditur nisi in factꝫ
Vñ dictũ est. ex fructibus eoꝝ cog
noscetis eos: Dixit em̃ dñs ad qsdã
qui ouiũ vestitu se iduũt. itus ãt st
lupi rapaces: Et ne forte fragilitas
humana dinoscere nõ posset lupuꝫ
sub ouina pelle. ait. ex fructibꝰ eorũ
cognoscetis eos Querimꝰ fructus
caritatis. inuẽimꝰ spinas dissensiõis
ex fructibꝰ eoꝝ cognoscetis eos Er
go cãticũ eoꝝ vetꝰ ẽ. cãtemꝰ nos cã-
ticũ nouũ Iã diximꝰ frẽs. õnis tra
cãtat cãticũ nouũ: Qui cũ õni tra ñ
cãtat cãticũ nouũ. dicat qd vult. lin
guis soẽt all'a. dicat tota die dicat to
ta nocte. nõ valde aures mee incli-
nãtur ad vocẽ cãtãtis. sꝫ qro mores
opãtis Interrogo em̃ ⁊ dico Quid
est quod cãtas? Rñdet all'a. Quid ẽ
all'a? Laudate dñm Veni simul lau-
demꝰ dñm Si tu laudas dñm. ⁊ ego
laudabo dñm Quaẽ in discordia su-
mus? Caritas laudat dñm. discor-
dia blasphemat dñm: Et vultis iam
nosse vbi cãtetis cãticũ nouũ? Que
dicturus est in ipso psalmo videte.
quõ fiãt ⁊ vbi fiãt. vtꝝ ꝑ oẽs gẽtes
fiãt ista an in vna aliq pte terrarum
⁊ hinc plenius intelligetis ad quẽ ꝑ
tineat cãticũ nouũ Iã qd ẽ mãifestũ
ẽ illud qd de alio psalmo cõmemo-
raui. cãtate dño cãticũ nouũ: Et vt
ostenderet in cantico nouo ẽe fruc
tũ caritatis ⁊ vnitatis. addidit. cãta
te dñ o ois terra Nẽo se sepet. nẽo
se disiũgat. triticũ es. ferto paleam
quousqꝫ vẽtiletur de area Vis excu
ti. ⁊ si triticũ eẽs foris ab area. inue
nirẽt te volatilia ⁊ colligerẽt te Ado-
de. quia eo ipso q discedis ⁊ volas pa
leã te esse indicas. Sed qa leuis eẽs
venit vẽtus ⁊ de sub pedibꝰ boũ ab-
latꝰ es: Qui ãt triticũ sunt ferũt tri
turã. gaudẽt qa grana sunt. gemunt
inter paleam. expectãt vẽtilatorem
quẽ cognoscũt redẽptorẽ: Cantate
dño cãticũ nouũ. Laus eꝰ in eccl'a
sanctorũ: Hec est eccl'a scõꝝ. eccl'a
frumẽtoꝝ toto terraꝝ orbe diffuso
rũ ꝑ agrũ dñi semiãta. qd ẽ hic mũdꝰ
ipso dño exponẽte cũ de semine añ
diceret. qa homo semiãuit bonuꝫ se
men in agro suo. ⁊ venit iimicus ⁊
supsemiãuit zizania: Et dixerũt pue
ri prisfamilias Nõne bonũ semẽ se-
miãsti in agro tuo? Vñ hic sunt ziza-
nia? Et rñdit illis. iimicus hõ hoc fe
cit Voluerũt colligere zizania. ⁊ cõ-
pescuit illos dicens: Sinite vtraqꝫ

crescere vsq; in messem. ⁊ in tempo
re messis dicā messorib⁹. colligite p̄
mū zizania ⁊ alligate ea fasciclos ad
cōburēdū ea. triticū āt meū repōite
in horrea: Postea interrogauerūt
eū discipuli dicētes. narra nobis pa
bolā zizanioꝝ: Et ipse expōit oīa. vt
null⁹ hō cordi suo tribuat qđ ibi itel
lexerit. ſ3 mgrō celi exponēti. nemo
dicat exposuit sibi quō voluit Si pa
bolā ꝓphete exponēt de⁹. qn̄ ipse p
eos loq̄batur qđ dicebāt. qs audēt
dicē nō sic debere exponē? Multo
magis qn̄ ipse exposuit qđ ꝓposuit
ipse. qs audet cōtradicere māifeste
veritati: Cū āt dn̄s pabolā hāc expo
neret ait. Qui āt semiāt bonū semē
ē fili⁹ hōis. se vtiq; demōstrans. bo
nū vō semē filij sunt regni. ipsa est
eccl'a scōꝝ. zizania āt filij sunt malig
ni. ager est hic mūd⁹ Jā videte frēs
q̄a p mūdū semiātū ē bonū semē. et
p mūdū semiāta sunt zizania Nūqd
in pte triticū. ⁊ in pte zizania? Per
totum triticum. ⁊ p totū zizania:
Ager dn̄i mūdus ē nō affrica. n̄ quō
fert terra ista getulie sexagenū aut
cētenū. ⁊ numidia fert denū. nō sic ē
deo ager suus Vbiq; illi fertur fruc
t⁹ ⁊ cēten⁹ ⁊ sexagen⁹ ⁊ tricen⁹. tu tā
tū vide qđ velis esse si cogitas ad do
mini fructū ptinē Ergo eccl'a scōꝝ
eccl'a catholica est Eccl'a scōꝝ nō est
eccl'a hereticoꝝ Eccl'a scōꝝ illa ē quā
p̄signauit de⁹ añq; videtur. ⁊ exhibu
it vt vider̄ Eccl'a scōꝝ erat ātea i co
dicib⁹. mō i gētib⁹: Eccl'a scōꝝ ātea
tātūmō legebatur. nunc ⁊ legitur ⁊
videtur: Quando solum legebatur
credebatur. modo videtur ⁊ contra
dicitur: Laus eius in eccl'a sanctoꝝ
Letetur israhel in eo qui fecit eū.
Quid est israhel? Videns deū Hoc ei
interp̄tatur nomē israhel Qui videt
deū in ipso letetur a quo factus est:
Quid est q̄ frēs q̄a diximus nos ad
eccl'am ptinere scōꝝ? Nūqd iam
videmus deum? Quomodo sum⁹
israhel si nō videmus? Est q̄dam vi-
sio huius tempis. erit altera visio
futuri tempis: Visio q̄ mo do est p
fidem est. visio q̄ futura est p speciē
erit: Si credim⁹ videm⁹. si amam⁹
videmus Quid videmus? Deum:
Vbi est ipse deus? Interroga iohā-
nem. deus caritas est: Bn̄dicamus
nomē ei⁹ scm̄. ⁊ gaudeam⁹ in deū si
gaudeam⁹ in caritatem: Quisquis
habet caritatem. vt quid illum mit-
timus lōge vt videat deū? Cōsciām
suā attēdat. ⁊ ibi videt deū Si cari-
tas ibi nō habitat nō ibi habitat de⁹
Si āt caritas ibi habitat de⁹ ibi ha-
bitat: Vult illum forte videre sedētē
in celo. habeat caritatem ⁊ in eo ha
bitat sicut in celo Ergo simus isra-
hel. ⁊ letemur in eo qui fecit nos:
Letetur israhel in eo qui fecit eum:
Jn eo qui fecit eum letetur. nō in ar
rio nō in donato nō in ceciliano nō
in ꝓculiano. nō in augustino. in eo
letetur qui fecit eum. Nos frēs nō
vobis cōmēdam⁹ nosmetipsos. sed
ꝯmēdam⁹ vobis deū. q̄a ꝯmēdam⁹
vos deo. Quō vobis deū ꝯmenda-
mus? Vt diligatis eū bono vestro
nō bono ipsius. quia malo vestro si
eū nō diligitis nō malo ipsius: Nō
em̄ min⁹ habebit de⁹ diuitatē. si hō i
illo nō hēt caritatē Tu crescis ex đo
nō ille ex te. ⁊ tn̄ tm̄ nos dilexit pōr
añq; eū diligerem⁹. vt filiū suū vni-
cum mitteret mori p nobis. Qui fe
cit nos factus est inter nos. Quo-
modo nos ipse fecit? Omnia p ipm
facta sunt. ⁊ sine ipso fcm̄ est nichil:

Quō fact⁹ est inter nos? Et v̄bū caro factū ē. ⁊ hitauit in nobis: Ergo ipse est in quo debem⁹ letari Nēo sibi arroget. nēo sibi deroget ptes ipsi⁹. ab ipso est leticia q̄ nos facit felices Letet² israhel in eo q̇ fecit eum:

Et filij syō exultēt in rege suo. ipe ē israhel. filij eccl'e sunt. q̇a syon fuit q̇dē vna citas q̄ cecidit In ei⁹ reliquijs habitabāt q̇dē sci tp̱alit. sʒ syō v̄a ⁊ ihr̄l'm vera. q̇a ip̄a syō q̄ ihr̄l'm. eterna ē in celis q̄ est mater nostra: Ip̄a nos genuit ip̄a ē eccl'a scōꝝ. ip̄a nos nutriuit. ex p̱te p̱egrina. ex magna p̱te hic immanēs. Ex p̱te qua immanet in celo beatitudo angeloꝝū est. ex p̱te q̄ p̱egriātur in h̄ scl'o spes est iustoꝝ: De illa dictum est gl'a in excelsis deo. de hac dictū ē. ⁊ in terra pax hōib⁹ bōe volūtatis: Quia g̊ in hac vita gemūt ⁊ desiderāt illā patriam. currāt dilcōne nō pedibus corporis. nō querāt naues sed pēnas. duas alas caritatis app̄hēdāt Que sunt due ale caritatis: Dilectio dei ⁊ dilectio p̱ximi: Peregrinamur em̄ suspiramus. gemimus. Venerūt ad nos lr̄e de patria nr̄a. ip̄as vobis recitamus: Letetur israhel in eo q̇ fecit eū. ⁊ filij syō exultēt in rege suo: Quod dixit q̇ fecit eū. hoc dixit in rege suo: Quod audistis israhel id st̄ filij syon. ⁊ qd̄ audistis in eo q̇ fecit eū. h̄ ē in rege suo Fili⁹ dei q̇ fecit nos factus est inter nos. ⁊ rex noster regit nos. q̇a creator noster fecit nos ipse est tamen per quem facti sumus. qui est per quem regimur. et ideo xp̄istiani quia ille xp̄istus. Cristus a crismate dictus est. id est ab vnctione: Reges autem vnguebātur ⁊ sacerdotes. ille v̄o vnct⁹ est ⁊ rex ⁊ sacerdos. Rex pugnauit p̱ nobis. sacerdos obtulit se p̱ nobis Vn̄ pugnauit p̱ nobis q̄si victus ē. iure āt vicit. crucifixus est em̄ et de cruce sua in qua erat fixus dyabolū occidit. ⁊ inde rex noster. Vn̄ āt sacerdos? Quia se p̱ nobis obtulit: Date sacerdoti qd̄ offerat Quid inueniret hō qd̄ daet? Mūdam victimā Quam victimā? Quid mūdum potest offerre pccōr? O inique. o impie. q̇cquid attuleris imūdum est. ⁊ si aliq̇d mūdū p̱ eo offerēdum est: Quere aput te quid offeras. nō inuenies: Quere ex te quod offeras. nō delectatur arietibus nec hyrcis nec tauris Oia ipsi⁹ sunt. ⁊ si nō offeās Offer ergo illi mūdum sacrificium Sed peccatores es. impi⁹ es. sed consciētiam inq̇natā hēs Poteris forte aliq̇d mūdū offerre purgatus? Sed vt purgeris aliquid pro te offerēdum est? Quid ergo p̱ te oblaturus es vt mūderis? Si mūdatus es poteris offerre qd̄ mūdum est: Offerat ergo seipsum mūd⁹ sacerdos. vt mūdet hoc quod xp̄istus fecit: Nichil mūdum inuenit in hominibus quod offerret p̱ hominibus. seipsum obtulit mūdam victimam. hostiam immaculatam: Felix victima. vera victima mūda victima hostia īmaculata: Nō ergo h̄ optulit quod nos illi dedim⁹. ymmo h̄ optulit qd̄ a nobis accepit. ⁊ mūdū optulit: Carnē em̄ a nobis accepit. hāc optulit: Sed vn̄ illā accepit? De vtero v̄gis marie. vt mūdā offerret p̱ imūdis Ipe rex ip̄e sacerdos. in eo letemur:

Laudēt nomē ei⁹ in choro: Et chorus q̇d significat? Multi nouerūt choꝝ. ⁊ q̇a i citate loq̇m² p̱pe ōnes norūt: Chor⁹ ē ꝯsensio cātātiū Si in choro cātem⁹ ꝯcordit cātem⁹

In choro cãtantiũ q̃sq̃s voce discre pauerit. offendit auditũ ⁊ ꝑturbat chorũ: Si vox incõueniẽter cãtãtis disturbat cõcẽtũ cãtãtiũ. quõ distur bat heresis dissonãs cõsensus laudã tiũ choros xp̄i: Jam totus mũdus est chorus xpristi. ab oriẽte in occi- dẽte cõsonat Videamus si tm̃ extẽ- ditur chorus xp̄i Dicit ps alius. a so lis ortu vsq̧ ad occasum laudate no men dñi Laudẽt nomẽ ei⁹ in choro

In tympano ⁊ psalterio psallant ei: Quaȩ assumit tympanũ ⁊ psalte riũ: Vt nõ sola vox laudet sꝫ ⁊ opa: Quãdo assumit tympanũ ⁊ psalte- riũ cõcinnant voci. sic ⁊ tu si qñ all'a cãtas. porrigas ⁊ panẽ esuriẽti. ves tias nudũ. suscipias ꝑegrinũ. nõ so la vox sonat. sed ⁊ man⁹ cõsoãt. q̇a verbis facta cõcordãt: Assumpsisti organũ. cõsentiãt digiti lingue: Et ip̄m misterium tympani ⁊ psalterij nõ est tacẽdũ In tympão coriũ ex- tẽditur. in psalterio corde extendũ: In vtroq̧ organo caro crucifigit: Qm̃ bene psallebat in tympano et psalterio qui dicebat. michi mũdus crucifixus ẽ ⁊ ego mũdo Ip̄m psal terium vel tympanũ tollere te vult q̇ amat cãticũ nouũ. q̇ te docet quã- do tibi dicit. q̇ vult esse me⁹ discipu- lus abneget semetip̄m ⁊ tollat crucẽ suã ⁊ sequatur me: Nõ dittat psal- teriũ suũ nõ dimittat tympanũ. extẽ datur in ligno ⁊ siccetur a cõcupiscẽ tia carnis: Nerui q̃to plus fuerint extẽti tãto acutius sonãt: Vt ergo acute sonaȩt pauli apostoli psalteri um. q̇d dixit: Que retro oblit⁹. i ea q̃ añ sunt extẽtus. sequor ad palmã supne vocatiõis Extẽdit seip̄m. teti git xp̄s ⁊ sonuit dulcedo veritatis: In tympão ⁊ psalterio psallãt ei:

Qm̃ bñfacit dñs i ppl'o suo Quid tã bñficum q̃ mori ꝑ impijs: Quid tã bñficũ q̃ sanguĩe iusto deleri ciro graphũ pccõris: Quid tã bñficũ q̃ dicẽ nõ ad me ꝑtiẽt q̇d fuistis. esto- te q̇d nõ fuistis: Bñfacit dñs i ppl'o suo. dimittẽdo pccã. ꝑmittẽdo vitã eternã: Bñfacit aduersum cõuertẽ repugnãtẽ adiuuare. vincentẽ coro nare Bñfacit dñs in populo suo

Et exaltabit mansuetos in salutẽ Exaltãtur supbi. sed nõ in salutem: Mansueti in salutem. supbi in mor tem Ideo supbi ipsi se exaltãt ⁊ dñs eos humiliat. mãsueti ãt ipsi se hũi liãt ⁊ de⁹ eos exaltat: Exaltabit mã suetos in salutẽ: Exultabũt sci in gl'a Aliq̇d volo dicẽ. audite attẽtius de gl'a scõꝝ Nemo em̃ est q̇ nõ amet gl'am. sꝫ gl'a stultoꝝ ppl'aris illa q̃ dꝫ hẽt illecebrã delcãtiõis. vt ad laudeꝫ suã bonoꝝ hoim q̇sq̧ cõmot⁹. velit sic viuẽ vt p̄dicet' ab hoib⁹ q̇buscũq̧ quõcũq̧ Hinc hoiẽs isani effecti. et inflati. inanes intus foris tumidi. e tiam res suas ꝑdẽ volũt donãdo sce nicis histriõib⁹ venatorib⁹ auguris Quãta donãt. q̃ta impẽdũt: Effun dũt vires nõ patrimonij tm̃. sed eti am animi sui. Isti fastidiũt paupe- rẽ q̇a nõ clamat ppl's vt paup accipi at. clamat ãt paup vt venator acci- piat: Illi ergo vbi eis nõ clamatur. nolũt erogaȩ Vbi clamatur ab insa nis. insaniũt oẽs ⁊ fiũt oẽs insani. ⁊ q̇ expectatur ⁊ q̇ expectãt ⁊ q̇ donãt. Insana ista gl'a repheditur a dño. i ꝓbatur añ ocl'os õnipotẽtis. ⁊ tñ frẽs mei xp̄s sic improperat suis et dicit. nõ a vobis accepi tm̃ q̃tũ acce perũt veãtores. ⁊ illis vt doãretꝫ de meo donastꝫ Ego ãt nud⁹ erã ⁊ non vestistis me Et illi: Et qñ te vidim⁹

nudū ꝛ nō vestiuim⁹: Et ille Cū vni ex mimis meis nō fecistꝫ. nec michi fecistis Sed eū vis vestire q̄ tibi placet. in quo tibi xp̄s displicet Vestire vis venatorem. quo forte victo erubescas Crist⁹ nūq̄ꝫ vincitur. ꝛ dyabolū vicit. ꝛ p te vicit. ꝛ tibi vicit. ꝛ i te vicit. Talē victorē vestire nō vis Quare: Quia min⁹ clamat. minus insanitur: ꝓptēa isti q̄ tali glā delectātur. in cōsciētia sua nichil habent: Quō exhauriūt archas ꝛ vestes mittāt. sic exinaniūt ipsam cōsciām vt nichil ibi habeāt pciosum Sancti āt qui exultāt in glā. quō exultāt nō opus est vt nos dicam⁹. ipsi⁹ psalmi audite sequētē v̄sum Exultabūt scī i glā: Letabūtur in cubilib⁹ suis Nō in theatris nō in āphiteatris. ñ in circis. nō in nugis. nō in foris. sed in cubilib⁹ suis Quid est in cubilib⁹ suis: In cordib⁹ suis Audi aplꝫ paulū exultātē in cubili suo. Nā glā nr̄a hec ē. testiōniū cōsciē nr̄e: Rursum timēdū est ne q̄sq̄ꝫ aput seipm fiat sibi placēs. ꝛ q̄si supb⁹ de cōsciētia sua glētur Debet em̄ q̄sq̄ꝫ cū tremoē exultaē. q̄a donū dei ē vñ exultat. ñ meritū suū Etei sūt multi sibi placētes ꝛ iustos se esse arbitrātes. ꝛ pcedit aduersus illos alia pagina dicēs: Quis gloriabitur castū se habē cor. aut q̄s glābitur mūdū se ēe a pccō: Est ergo q̄dam modus in cōsciētia glāndi. vt noueris fidē tuā esse sincerā. noueris esse spem tuā certam. noueris caritatē tuā esse sine simlātiōe Sed qm̄ multa sunt adhuc forte q̄ pn̄t offendē ocl'os dei. lauda eū q̄ tibi ista donauit. tūc pficiet qd̄ donauit: ꝓpterea cū dixisset letabūtur in cubilib⁹ suis. ne q̄si sibi placētes viderētur. adiūxit statim   xulta

tioēs dei in faucib⁹ eoꝝ Sic letabū in cubilib⁹ suis. vt nō sibi tribuāt qd̄ boni sunt. ſꝫ illū laudēt a quo acceperūt qd̄ sunt. a quo vocātur vt perueniāt ad id qd̄ nōdum sunt. ꝛ a q̄ sperāt pfcōnem. cui grās agūt q̄a ichoauit Exultatioēs dei in faucib⁹ eoꝝ Iā videte scōs. videte glām. videte p vniūsum mūdū. videte q̄ exultationes dei sunt in faucib⁹ eoꝝ: Et framee bis acute in māibus eorum Framea appellatur quā vulgo spatam dicūt: Sūt em̄ gladij ex vna pte acuti. ip̄e sunt machere. ip̄e autē framee ipse ꝛ rumphee. ipse aūt spate appellātur Magnū misteriū hēt hoc genus. ferramēti. qd̄ ex vtraq̄ꝫ pte acutū est Ipse framee sunt bis acute i manibus eoꝝ Frameas bis acutas intelligimus sermonē domi ꝛ vna framea est. sed ideo multe dicūtur q̄a multa ornata sunt. ꝛ multe lingue sunt sanctorum: Sermo ergo dei gladius bis acutus Vñ bis acutus: Dicit de tempalibus. dicit d eternis. In vtrumq̄ꝫ pbat quod dī ꝛ eum quem ferit separat a mūdo: Nonne ipsius est gladius de q̄ dn̄s dicit nō veni pacem mittere in terrā sed gladium: Attendite quō venit disiungere. quō venit sepaē Disiūgit scōs disiigit ipi os. sepat a te quod te impedit Filius vult seruire deo. pater non vult. venit gladius veit sermo dei. diuidit filium a patre: Filia vult mater nō vult. gladio diuidun tur ab inuicem: Nurus vult sed socrus nō vult. veniat gladius bis acutus. offerat pmissionem vite presentis ꝛ future. cōsolationem tpalium. eternoꝝ pfruitionem. Ecce gladius ex vtraq̄ꝫ pte bis acutus. promittēs temporalia in quo nos non

fefellit: Nonne eccl'a dei ꝑ totum
mūdū nō erat? Ecce est. ātea legeba
tur ⁊ nō videbatur. mō ſicut legit'
ita cernitur: Quicq̄d tꝑaliter nobis
ꝓmiſſuꝫ ē ad vnā ꝑtē gladij ꝑtiēt. q̇c
quid in ſempit'nū ad alterā ꝑtē gla=
dij ꝑtiēt: Hēs ſpē futuraꝝ reꝝ. hēs
cōſolatioēm p̄ntiū. Noli retrahi ab
eo q̇ vult retrahē Pater. mr̄. ſoror.
vxor ſit. amicus ſit. nō te retrahant
⁊ vtilis tibi erit gladiꝰ bis acutꝰ Vti
lit' te ille ſeꝑat. male te tu cōglutinas
Venit g̊ dn̄s ferēs gladiū bis acutū
ꝓmittēs eterna implēs tꝑalia Naꝫ
ideo duo teſtamēta dicūt' Que erāt
g̊ framee bis acute in māibꝰ eorum?
Duo teſtamēta ad gladiū bis acutū
ꝑtinēt. vetꝰ teſtamētū t'rena ꝓmit=
tit. nouū et'na: In vtroqꝫ ſermo dei
verax inuētꝰ eſt. vt gladiꝰ bis acutꝰ
Quare g̊ in māibꝰ ⁊ nō in linguis?
Et framee bis acute inq̇t in manibꝰ
eoꝝ In māibꝰ dixit in ꝑtāte Accepe
rūt g̊ ſermonē dei in poteſtate. vt v
bi vellēt dicerēt. cui vellēt dicerēt. n̄
timerēt ꝑtātē. nō cōtēpnerēt pau=
perem In māibꝰ em̄ hēbāt gladium
qua volebāt vibrabāt v̄ſabāt ꝑcutie
bāt: Et hoc totū erat in poteſtate p̄
dicātium Nam ſi nō eſt in māibus
ſermo. ne forte aliquis dicat. quo=
modo ſermo eſt gladius bis acutꝰ.
⁊ quō in manibus. ſi ergo ſermo nō
eſt in māibus. quare ſcriptū eſt. fac
tus eſt ſermo dn̄i in manu aggei ꝓ
phete? Nūquid frēs ſermonē ſuum
deus in digitis ipſius fecit? Quid ē
in manu ipſius factus eſt? In ꝑtāte
illi datum eſt p̄dicare ſermonem do
mini: Poſtremo poſſumus ⁊ has
manus intelligere. nam qui locuti
ſunt in lingua habuerūt ſermonem
dei. qui ſcripſerūt in manibus: Et
framee bis acute in manibus eoruꝫ
Jam frēs videte ſcōs armatos At=
tendite ſtrages attēdite glorioſa p̄=
lia Si em̄ impator ⁊ miles. ſi miles
hoſtis. ſi bellū ⁊ victoria. q̄d fecerūt
iſti hn̄tes in māibꝰ frameas bis acu
tas? Ad faciēdas vindictas in gē
tibus Videte ſi nō eſt vindicta facta
in gentibꝰ. cotidie ipſa fit. hoc agi=
mus ⁊ nos loquēdo: Attēdite quō
ceſe ſunt gentes babilonie Jlli red=
ditur duplum. ſic em̄ de illa dictum ē
reddite illi duplum ad q̄d fecit Quō
redditur duplū? Bellāt ſci. educunt
frameas bis acutas. ſiūt ſtrages. ſi
unt occiſioēs ſeꝑatioēs Quō illi du
plū redditur? Jlla quādo poteāt ꝑ=
ſequi xp̄ianos. carnē occidebat. deū
nō cōfringebat Mō illi duplū red=
ditur. ⁊ pagani extiguūtur. ⁊ ydola
frāgūtur Quō inquies pagāi occi=
dūtur? Quō niſi cū xpriſtiāi ſiūt?
Quero paganū ⁊ nō inuenio. xpriſ=
tianus eſt. Ergo mortuꝰ ē paganus
Nam ſi non occidūtur. vn̄ dictū eſt
petro. macta ⁊ māduca? Vn̄ ip̄e ſau
lus occiſus eſt ꝑſecutor. ⁊ paulus e
rectus eſt predicator? Quero ſaulū
ꝑſecutorē ⁊ nō inuenio. occiſus eſt:
Vn̄? De framea bis acuta. Sed quia
occiſus in ſe ⁊ viuificatus in xp̄o. iō
cōfidēs dicit. viuo āt iā nō ego. viuit
aūt in me xpriſtus Quō illi fit ꝑ illū
Etem̄ cum factus eēt predicator. ac
cepit ⁊ ipſe in māibus frameam bis
acutam. ad faciēdā vindictam in gē
tibus Et ne vere tu putares hoiēs
ferro ꝑcuti. ſanguiēm fundi. vulne
ra in carne fieri. ſeq̄tur ⁊ exponit
Obiurgatioēs in populis. Obiur
gatio que eſt corruptio. ꝓcedat ex
vobis framea bis acuta Nolite ceſ
ſare. dedit illam vobis deus ꝓ mo

dulo vestro: Qualis hō es qui ydola colis. dic amico tuo. si tn̄ remāsit cui dicas. q̄lis hō es q̄ dimisisti eū a quo factus es. ⁊ adoras qd̄ fecisti: Melior ē faber q̄ qd̄ fabricat faber Si fabrū adorare erubescis. adorando qd̄ faber fecit nō erubescis: Cum ceperit erubescere cū cepit cōpungi. fecisti vuln⁹ de framea. puenit ad cor. moriturus est vt viuat. Framee bis acute in māib⁹ eoꝝ. ad faciēdā vindictā in gētib⁹ obiurgatioēs in populis: Et alligēt reges eoꝝ in cōpedib⁹ ⁊ nobiles eoꝝ in vinculis ferreis. vt faciāt in eis iudiciū cōscriptum: Facile exposuim⁹ quō de frameis cadāt ⁊ exurgāt. sepētur ⁊ cōgregētur. vulnerētur ⁊ sanētur. moriātur ⁊ viuāt Sz qd̄ faciem⁹: Quō expoēm⁹ ad alligādos reges eoꝝ in cōpedib⁹: Reges gētiū alligādi in cōpedib⁹. ⁊ nobiles eoꝝ in vinculis. addidit ferreis Adestote vt agnoscatis qd̄ nostis. Isti em̄ v̄sus q̄s cepim⁹ exponē obscuri sunt. sz illō qd̄ ex illis dictur⁹ sum nō ē nouū. Iā notū est vobis. mō nō discē op⁹ h̄eatis. sz cōmemorari: Ad h̄ āt voluit de⁹ obscure pōi q̄sdā v̄sus suos. nō vt aliquid nouū de illis seruet². sed vt iā qd̄ iusinuatū erat obscuris expositis inoue² Nouim⁹ reges factos xp̄ianos. nouimus nobiles gētiū fcōs xp̄ianos Sūt hodie q̄ ⁊ fuerūt ⁊ erūt. ⁊ nō cessant framee bis acute ī māib⁹ scōrū: Quō ḡ ligatos cōpedib⁹ ⁊ vinculis ferreis intelligim⁹: Scit caritas vestra ⁊ eruditio q̄a in eccl'a nutriti estis ⁊ soletis audire diuiās lcōnes. q̄m infirma mūdi elegit de⁹ vt cōfunderet fortia. ⁊ stulta mūdi elegit de⁹ ad cōfundēdos sapiētes. ⁊ ea q̄ nō sūt tāq̄ ea q̄ sunt. vt q̄ sunt euacuentur: Sic em̄ ait apl's. Videte vocationē vrā fr̄es. q̄a nō multi sapiētes scd̄m carnem. nō multi potētes. nō multi nobiles. sed stulta mūdi elegit deus. ⁊ infirma mūdi vt cōfundāt fortia. et ignobilia ⁊ cōtemptibilia elegit de⁹. ⁊ ea q̄ nō sunt tāq̄ q̄ sunt. vt ea q̄ sunt euacuentur. Venit deus xp̄istus ꝓdesse ōnibus. sed elegit ꝓdesse imperatori de piscatore. nō piscatori de imperatore. ⁊ elegit ea q̄ nulli⁹ momēti erāt in mūdo Ipsos impleuit spū scō. dedit eis frameas bis acutas. p̄dicare p̄cepit euāgeliū. ⁊ ire p totū orbem terraꝝ Fremuit mūd⁹. erexit se leo aduersus agnū. sed fortior leone inuētus est agnus Leo vict⁹ est seuiēdo. agnus vicit patiēdo: Cōuersa sunt corda hoīm ad timorem xp̄i. ceperūt reges. ceperūt nobiles miraculis cōmoueri ꝓphetie adimpletionem turbari. videre in vnū nomē cōcurrē gen⁹ huānum: Et q̄d facerēt: Multi elegerūt ignobilitatem. ⁊ dimittētes domos suas ⁊ sb̄stātias suas distribuētes paupib⁹. cucurrerūt ad ꝑfectionem Tali ḡ in ꝑfecto dicitur a dn̄o. si vis ꝑfectus esse vade vēde ōnia q̄ hēs ⁊ da pauperibus ⁊ veni sequē me. ⁊ habebis thezauꝝ in celo. Multi ex nobilib⁹ fecerūt hoc. sed cessauerūt isti nobiles esse gētium. elegerūt pauptatē in seculo. nobilitatē in xp̄isto Multi āt tenēt ipsam nobilitatem in xp̄o tenēt regias ptātes. ⁊ sic sunt xp̄istiani Ipsi sunt tāq̄ in cōpedibus ⁊ tāq̄ in vinculis ferreis Vn̄ hoc: Ne ꝓgrederentur ad illicita compedes acceperūt. compedes sapiētie. compedes verbi dei. Quare ergo vincula ferrea ⁊ nō aurea: Ferrea sunt q̄ diu timēt. amēt ⁊ aurea erūt: Atten

dat caritas vestra quid loquar Audistis mō aplm iohānē. timor nō ē ī caritate. sed perfecta caritas foras mittit timorem. qa timor tormētuꝫ habet. hoc est vinculū ferreū. Et tñ nisi timore incipiat hō deū colere ñ pueniet ad amorē. iniciū sapiētie timor dñi: Incipit ergo a vinculis ferreis finitur ad torquem auream: Dictum est em̄ sapiētie. ꝛ torquē auream circa tuam ceruicem: Nō tibi īponēt torquē aureā. nisi pmū in cōpedibus ferreis te alligasset. Cepisti a timore. cōsummaris ad sapiētiā Qm̄ multi sunt q̄ ꝓptea nolūt male facere. qa gehēnas timēt. qa cruciatus timēt. ꝛ nōdū amāt iusticiam: Si illis ꝓmitteretur īpūitas ꝛ dicēr eis. facite qd vultis securi. īpunitum erit vobis. ꝛ mitterēt ꝓgressus libidinum suarum in queqꝫ nequissima ꝛ maxime frēs mei maxime reges ꝛ nobiles qbus nō facile dicitur qd fecisti: Nam paup hō ꝛ si nō timeat deū. qa nullarū viriū est. nullaꝝ factatū. ne cū se cōmouerit in suppliciū rapiatur. cessat timore hōis ꝛ si nō dei: potētes āt mūdi reges. nobiles nisi deū timeāt qd timebūt: Sed predicatur illis. ꝛ ꝑcutiūtur framea bis acuta Dī illis qa est qui ponat alios ad dexterā alios ad sinistram. vt dicat eis q̄ a sinistris sunt. ite in ignem eternum q̄ pat9 ē dyabolo ꝛ āgelis eius: Nōdum diligūt iusticiam. sed timēt penā. ꝛ timēdo penā iā accepe rūt cōpedes. ꝛ in vinculis ferreis erudiūtur Venit ad nos potens homo de seculo. offendit illum vxor sua. aut forte concupiuit alterius pulchriorem. aut alteram ditiorē. vult dimittere eam quam habet ꝛ nō facit. audit a seruo dei. audit a ꝓpheta

audit ab apostolo ꝛ non facit. audit ab eo in cuius manibus est framea bis acuta. nō facies. nō licet. nō ꝑmisit deus dimitti vxorem excepta causa fornicationis. audit h̄. timet ꝛ non facit: Pedes leues iam ꝓgre diebātur in lapsum. compedibus tenētur. habet vincula ferrea. timet deum Dicitur illi: Dampnabit te deus si feceris. iudex est supra oīs. audit gemitū vxoris tue. reus teneberis in conspectu eius. Hac cōcupiscentia blāditur. hac pena deterretur: Ibat ad cōcupiscendum precupiditate. nisi vincula ferrea retinerēt qd plus est Sed dicit. cōtinere iam volo nolo iam vxorem. nō potest: Quid si tu vis ꝛ illa nō vult: Numquid ꝑ continentiam tuam debes illam facere fornicariam: Si alij nupserit te viuo. adultera erit: Nō vult tale lucrum deus. nec compensaē tale dampnum: Redde debitum. ꝛ si non exigis. redde pro sanctificatiōe ꝑfecta: Deus tibi computauit. si nō quod debes exigis. reddis quod debetur vxori: Times non facis. concutiuntur vincula tua: Audi quia vīculis ferreis constrictus es: Alligatus es vxori. ne quesieris solutionem. Durum est. ferreum est: Nam quando dominus hoc ait. ostendit quia vinculum est ferreuꝫ: Adolescentes auditis: Vincula ferrea sunt. nolite pedes mittere. ne cum miseritis. artius constringamini compedibus. Tales compedes consolidant vobis ꝛ episcopi manus: Numquid non fugiūt in ecclesia compediti ꝛ soluūtur: Hīj viri fugiunt huc volētes dimittere vxores suas. ꝛ hic artius colligantur: Nemo soluat has compe-

des. quos deus cōiūxit homo non
sepet Sed dura sunt vincula: Quis
nescit ipsam duriciū: Doluerūt apl'i
⁊ dixerūt. si talis causa est cū vxore
nō expedit nubere Si vincula ferre
a sunt. nō opus est vt illic pedes mit
tātur Et dn̄s: Nō oēs capiūt vbū
istud. sed q̄ pt capere capiat: Alligatꝰ
es vxori. ne q̄sieris solutionē Qui li
gatus es in vinculis ferreis ꝑ vxo-
rē. ne te obliges vinculis ferreis:
Ut faciāt in eis iudiciū cōscriptū.
h̄ est iudiciū qd̄ faciūt sancti sup oēs
gētes Quare cōscriptū: Qz ista an-
tea cōscripta sunt. ⁊ mō cōplētᷣ: Ec
ce modo fiūt. aliqn̄ legebātᷣ ⁊ nō fie
bāt Et cōclusit ita: Gl'a hec ē oībꝰ
scis eiꝰ: Per totū mūdū ⁊ ꝑ vniuer
sas gētes: h̄ sci agūt ⁊ sic glorificātᷣ.
sic exultāt deū in faucibꝰ suis. sic le-
tantᷣ in cubilibꝰ suis. sic exultāt i gl'a
sua. sic exaltātur in salute. sic cātant
cāticū nouum. sic dicūt alleluya. cor
de ore vita Amen:

¶ Expl'ꝑs cētesimꝰ q̄dragesimꝰ no
nꝰ Incipit ꝑs cētesimꝰ quinq̄gesi-
mus:

Quamuis ordo psalmoꝝ qui
michi magni sacramēti vidē
tur cōtinē sacramētū nōdū michi fu
erat reuelatꝰ. tn̄ qꝛ oēs cētū quinq̄-
ginta numerātur. etiā nobis q̄ tociꝰ
ordis eoꝝ altitudiēm adhuc acie mē
tis nō penetrauimꝰ insinuat aliqd.
vn̄ nō impudēter q̄tū dn̄s adiuuat
disputaē possumꝰ. ꝑmū q̄ndeārius
numerꝰ ex quo iste multiplicatᷣ. qd̄
em̄ valēt quindecim in ordine singu
loꝝ. h̄ valēt cētū q̄nq̄ginta in ordine
deāriorū qm̄ q̄ndecies denos faciūt
h̄ valent mille q̄ngenti in ordie cēte-
narioꝝ qm̄ q̄ndecies cēteni sunt. h̄
valent quindecim milia in ordie mil

lenarioꝝ qm̄ q̄ndecies mille sunt:
Quindenarius ḡ numerus cōcordi
am significat duum testamētoꝝ In
illo em̄ obseruatᷣ sabbatū qd̄ signifi
cat quietē. in isto dn̄icus dies q̄ sig-
nificat resurrectionem Sabbatum
āt est dies septimꝰ. dn̄icꝰ vēo post
septim q̄d nisi octauꝰ idem q̄ primꝰ
habēdus est: Ipse em̄ dicitur etiam
vna sabbati. vt deinde sit secūda ter
cia q̄rta. ⁊ deinceps vsq; ad septim
sabbatū: A dn̄ico āt vsq; ad dn̄icum
octauus est dies. vbi testamēti no
ui reuelatio declaratur. qd̄ in veteri
tm̄ sub terrenis ꝓmissiōibus tege-
batur. Septē porro ⁊ octo quīdeci
sunt Tot sunt ⁊ cātica q̄ appellātur
graduū. qm̄ totidē fuerūt etiā tēpli
gradus Deinde etiā q̄nq̄genariꝰ nu
merus magnū sacramētū ꝑ se gerit.
cōstat em̄ de septimana septimana
rū addito vno tm̄ ipso octauo ad q̄n
quageāriū numeꝝ t'miandū: Septi
es q̄ppe septē quadraginta nouē fa
ciūt. q̄bus vnus additur vt faciant
quinquaginta Qui numerus quinq̄
genarius vsq; adeo magne signifi-
catiōis est. vt ex dn̄i resurrectione
tot diebꝰ cōpletis ip̄o quīq̄genario
die venerit sup eos qui in xp̄isto fu
erāt cōgregati sp̄us scūs Qui sp̄us
scūs in scripturis septeārio p̄cipue
numero commēdatur. siue aput y-
sayam siue in apocalipsi. vbi aptissiē
septem sp̄us dei ꝑhibētur. ꝓpter o-
perationem septenariam vniꝰ eiusᷣ-
dem q; sp̄us Que opatio septeāria
ꝑ ysayam ꝓphetā ita cōmemoratur
Requiescet sup eū sp̄us dei. sp̄us sa
piētie ⁊ intellectus. sp̄us cōsilij ⁊ for
titudinis. spiritus scientie ⁊ pieta-
tis. spiritus timoris domini: Ipse
dēt itelligi timor dn̄i castꝰ ꝑmanēs

in seculũ seculi Seruilē aũt timorē ꝯ=
summata caritas foras mittit. ⁊ nos
liberos facit ne seruilia opa facia=
mꝰ q̄ sabbato ꝓhibētur Caritas aũt
dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ
spm̄ sanctum q̇ datꝰ est nobis Hinc
quoqꝫ spũs sanctꝰ septeārio nume=
ro cōmēdatur. quīq̄genariũ v̄o etiā
in q̄dragita ⁊ decē dn̄s disptitꝰ est:
Die q̇ppe q̄dragesimo post resurrec
tionē suā ascēdit in celos. ac deinde
cōpletis diebꝰ decē misit spm̄ scm̄. q̄
dragenario scilicet numēo tpalez in
h̄ mũdo cohabitatioēm cōmēdās.
qm̄ q̄ternarius in q̄dragenario nu=
merꝰ ꝓualet. q̄tuor aũt ptes hēt mun
dꝰ ⁊ ānꝰ. denario v̄o addito velō m̄
cede ꝓ impleta lege bōis opibꝰ red
dita. ipsa etnitas figuratur Hũc q̇n
q̄genariũ triplũ hēt cētesimꝰ ⁊ q̇nq̄=
gesimꝰ numerus. tq̄ꝫ eũ multiplica=
uerit trinitas Vn̄ ⁊ hac causa nō icō
ueniēter itelligimꝰ istũ numeꝝ esse
psalmoꝝ Nā ⁊ in illo numero pisci
um q̇ capti sunt retibus post resur=
rectionem missis ad cētum quīq̄gin
ta additis tribus. velud āmonitio
videtur facta in q̄t ptes debeat iste
numerꝰ disptiri. vt ter habeat quīq̄
genos. q̄mq̄ꝫ ille numerꝰ pisciũ hēat
⁊ aliā rōnē multo subtiliorē ⁊ iocun
diorē. ꝙ decē ⁊ septē in trigonũ mis
sis id est ab vno vsqꝫ ad decē ⁊ septē
ōibꝰ ꝯputatꝭ. ad eũdē numeꝝ ꝑueit²
In decē aũt lex. in septē v̄o grā signi
ficatur. q̇a legē nō implet nisi caritas
dei diffusa in cordibꝰ nostris ꝑ spm̄
scm̄ q̇ septeārio significatur Qō er=
go q̇dā ōnium psalmoꝝ quinqꝫ li=
bros esse crediderũt. illud secuti sunt
quociēs in fine psalmi dictum fue=
rit fiat, fiat: Sed huius disptitionis
rationem cum vellem cōprehendē.

nō eualui. q̇a nec ipse q̇nqꝫ ptes eq̄=
les sunt inter se. ⁊ si nō scripture q̄ꝫ=
titate saltē psalmoꝝ ipso numēo vt
recētes haberēt: Et si vnusquisqꝫ li=
bri finis est fiat fiat. cũ liber q̇ntus i
demqꝫ ⁊ vltimꝰ nō eodē fine sit ter=
miātꝰ merito queri p̄t Nos aũt scrip
ture canōice auctoritatē sequētes.
vbi legitur. scriptũ ē in libro psalmo
rũ. vnũ psalmoꝝ libꝝ esse nouimus
Et video q̇dē quō h̄ veꝝ sit. ⁊ illud si
veꝝ est huic v̄o nō reluctetur: Fieri
eīm potest vt aliq̄ ꝯsuetudiē lrāꝝ he
braycaꝝ vnꝰ liber dicat² q̇ cōstat ex
pluribus. sicut ex ecclesijs pluribus
vna cōstat eccl'a. ⁊ ex pluribꝰ celis v
num celũ Nō eīm celoꝝ aliq̇d ꝑter=
misit q̇ dixit. auxiliũ meũ a dn̄o q̇ fe
cit celũ ⁊ terrā Et cum scriptura di=
cat ⁊ vocauit deꝰ firmamētũ celum.
⁊ aquas esse suꝑ firmamētum hoc
est suꝑ celum. nō mentitur eadem
scriptura dicens. ⁊ aque que super
celos sunt laudent nomen domini.
quia nō ait super celum Et vna ter=
ra ex multis terris. nam ⁊ orbem ter
re ⁊ orbem terrarum cotidiana con
suetudine dicimus: Et qui ait scrip
tum est in libro psalmorum. q̄mq̄ꝫ
mos loquendi sic se habeat vt vnum
insinuare librum esse voluisse videa
tur. tamen responderi potest in li=
bro psalmoꝝ esse dictum in aliquo li
bro eorũquīqꝫ Quod in vsu locutio
nis vsqꝫ adeo vel non est vel raro
est. vt etiam duodecim propheta=
rum vnum librum esse ideo persua=
detur. quia similiter legitur. sicut
scriptum est in libro ꝓphetaꝝ: Sũt
etiam qui vniuersas ōnino scriptu=
ras canonicas vnum libꝝ vocēt qd
valde mirabile vt diuīe vnitati ꝯcor
dent. ⁊ hinc esse dictũ. in capite libri

scriptū ē ð me vt faciā volūtatē tuā.
vt sic intelligatur ꝑ filiū pater fecis-
se mūdū. cuiꝰ cōdicio pricipiū scrip
turaꝝ in libro geneseos. vel magis
q̇a ꝓphecia videtur esse nō facta nar
rās sꝫ futura pnūciās Nō em̄ ait qđ
fecerim. sꝫ vt faciam siue vt facerē
volūtatē tuā Ad illō hͦ sentētia refe-
rēda ē qđ in p̄mis ꝑtibꝰ eiusdē libri
scriptū ē. erūt duo in carne vna. qđ
sacramētū magnū dicit apl's in xp̄o
⁊ in eccl'a. q̄mq̄ꝫ ⁊ iste psalmoꝝ liber
p̄t significatꝰ intelligi vbi dcm̄ ē. ī ca
pite libri scriptū ē de me vt faciā vo
lūtatē tuā. seq̄tur em̄. deꝰ meꝰ volui.
⁊ legē tuā in medio cordis mei. De
ip̄o q̇ppe accipitur ꝓphetatꝰ in capi
te libri huiꝰ p̄s ip̄e p̄mꝰ. beatꝰ vir q̇ n̄
abijt in cōsilio ip̄ioꝝ ⁊ in via pccōꝝ
nō stetit. ⁊ in cathedra pestilētie nō
sedit. sꝫ in lege dn̄i volūtas eiꝰ ⁊ in le
ge eiꝰ meditabitur die ac nocte. vt hͦ
sit qđ dcm̄ ē. deꝰ meꝰ volui ⁊ legē tu
am in medio cordis mei. Qđ āt seq̄t
euāgelizaui iusticiā tuā in eccl'a mag
na. cōgruētiꝰ ad illud refertur. ⁊ erīt
duo in carne vna. Siue ergo illud si
ue hͦ intelligatur qđ dictū ē in capite
libri. liber iste psalmoꝝ ꝑ q̇nq̄genos
si ꝑ ip̄os q̇nq̄genarios articulos in
trogetꝛ. magnū aliq̇d ⁊ valde dignū
cōsideratiōe respōdet. Nō em̄ frus
tra michi videtur quinq̄gesimꝰ esse
de penitētia. cētesimꝰ de misericor-
dia ⁊ iudicio. cētesimꝰ q̇nq̄gesimꝰ de
laude dei in sanctis eius: Sic em̄ ad
eternā beatāq̇ꝫ tēdimus vitam. pri-
mitus pccā nostra dampnando. de
inde bene viuēdo. vt post cōdemp-
natā vitam malam gestā q̇ꝫ bonam.
mereamur eternam: Scđm ꝓposi-
tū em̄ occultissime iusticie bōitatis
q̇ꝫ sue. deꝰ quos p̄destinauit illos ⁊
vocauit. ⁊ quos vocauit ipsos ⁊ ius
tificauit. quos āt iustificauit ip̄os ⁊
glorificauit. Predestiātio nostra n̄
in nobis facta est. sed in occulto apͭ
ipsum in eius presentia. tria v̄o reli
qua in nobis fiūt. vocatio. iustifica
tio ⁊ glorificatio: Vocamur p̄dica-
tione penitētie Sic em̄ cepit domiꝰ
euāgelizare. agite p̄eitētiam appro
pinquabit em̄ regnum celorum.
Iustificamur in vocatiōe mīe. ⁊ ti-
more iudicij: Hinc est qđ dicitur. de
us in nomiē tuo saluū me fac. ⁊ in v̄
tute tua iudica me. Nō timet iudica
ri. qui impetrauerat ante saluari:
Vocati renūciamus dyabolo ꝑ p̄ei
tētiam. ne sub iugo eius remanea-
mus. iustificati sanamur ꝑ miseri-
cordiam ne iudicium timeamꝰ. glo
rificati trāsimꝰ in vitā etnā. vbi deū
sine fine laudamus: Ad hͦ ꝑtinē ar-
bitror qđ dn̄s ait. ecce eicio demōia
⁊ sanitates ꝑficio hodie ⁊ cras. ⁊ t̄-
cia die cōsummor Qđ etiam in tru-
duo sue passionis ⁊ dormitiōis ⁊ e-
uigilatiōis ostendit. crucifixus ē ei
⁊ sepultus ⁊ resurrexit: In cruce de
principibus ⁊ potestatibꝰ triūpha-
uit. in sepulchro requieuit. in resur-
rectiōe exultauit. penitētia truciat.
iusticia trāquillat. vita eterna glori
ficat: Penitentie vox est. miserere
mei deꝰ secūdum magnā miām tuā.
⁊ scđm mltitudiēm miseātionū tua
rū dele iniq̄tatē meā: Hoc offert sa
crificiū deo. sp̄m cōtribulatū. cor cō
tritū ⁊ humiliatum Iusticie xp̄isti
vox est in electis suis. misericordi-
am ⁊ iudicium cantabo tibi domiē.
psallam ⁊ intelligam in via immacu
lata. quando venies ad me Per mi
sericordiā q̇ppe adiuuamur ad faciē
dā iusticiā. vt securi ad iudicium ve-

niamꝰ. vbi diſpꝑ͞ut de ciuitate dn̄i oēſ q̄ opātur iniq̄tatē. q̊ v̄ſu pſ iſte cōclu ditur. ⁊ vite et̄ne vox eſt:

Pſalmus:

LAudate dn̄m in ſcis eiꝰ. vtiqꝫ in eis q̊s glorificauit LAu date eū in firmamēto v̄tutis eius. laudate eū i v̄tutibꝰ eꝰ: vel vt alij int̄ ꝑtati ſ͞t in potētatibꝰ eiꝰ LAuda= te eū ſcd̄m mlt̄itudiēm magnitudis eiꝰ Dia iſta ipſi ſ͞t ſci eiꝰ. quō dicit a pl̄s vt nos ſimꝰ iuſticia dei in ipſo: Si ergo iuſticia dei quā fecit in eis. cur nō ⁊ virtus dei quā fecit in eis. vt reſurgerēt a mortuis: Nam ⁊ in xpriſti reſurrectiōe v̄tus maxime ꝯ mēdatur. q̇a in paſſione infirmitas fuit dicēte apl̄o: ⁊ ſi crucifixus ē ex i fir mitate. ſed viuit ex v̄tute dei. ⁊ a lio loco. ad cognoſcēdū inquit eum ⁊ v̄tutem reſurrectiōis eius Optie aūt ait in firmamēto v̄tutis eiꝰ: Fir mamētū ē em̄ v̄tutis. q̇a iā nō mori etur ⁊ mors ei vltra nō dn̄abitur: Cur nō ⁊ potētatus dei dicātur q̊s in eis fecit: Immo ipſi ſ͞t potētatꝰ eiꝰ. quō dictū ē. nos ſumꝰ iuſticia d̄i in ipſo Quid em̄ potētiꝰ. q̄ꝫ regnare in eternū. ſub pedibꝰ poſitꝫ ōibꝰ ini micis: Cur nō ipſi ſunt etiā multitu do magnitudinis eius: Nō q̇a ipſe magnus eſt. ſꝫ q̇a magnos eos fecit tam mlt̄os. hoc eſt milia miliū. ſicꝫ aliter intelligitur iuſticia qua eſt ipe iuſtus. aliter quā in nobis facit: vt nos ſimus iuſticia eius: Idem ipſi ſancti ſunt in ōibus muſicis ⁊ orga nis deinceps ſignificati ad laudan= dum deum. qm̄ ꝓpoſuit dicēs. lau= date dn̄m in ſanctis eiꝰ Hoc exequi tur. varie ſignificās eoſdem ipſos ſanctos eius: LAudate eum in ſo no tube. ꝓpter laudis excellētiſſiām claritatē. LAudate eū in pſalterio ⁊ cythara Pſalteriū ē de ſuꝑioribuſ laudās dn̄m. cythara de īferioribꝰ laudās deū: tāꝫ de celeſtibꝰ ⁊ terreſ= tribus. tāꝫ eū q̇ fecit celū ⁊ terram. Iam q̇ppe in alio pſalmo expoſui= mus. pſalteriū deſuꝑ habē ſonoruꝫ illud lignū cui neruoꝝ eiꝰ es vt meli orē ſonū reddat incūbit. qd̄ lignum cythara inferius habet. LAudate eū in tympano ⁊ choro: Tympanū laudat deū. cū iam in carne mutata nulla eſt terrene corruptiōis infir= mitas. De corio q̇ppe fit tympanū exſiccato atqꝫ firmato. Chorus lau dat deum. qn̄ laudat eū poſt pecca= ta ſocietas LAudate eū in cordis ⁊ organo Cordas hēt ⁊ pſalteriuꝫ ⁊ cythara. q̄ ſuꝑiꝰ cōmemorata ſunt. Organū āt generale nomē eſt oīm vaſoꝝ muſicoꝝ. q̄ꝫuis iā optinuerit cōſuetudo. vt organa ꝓprie dicātur ea que inſtātur follibus. Nō genus ſignificatū hic eſſe nō arbitror Naꝫ cum organum vocabulum grecum ſit vt dixi generale omnibꝰ muſicis inſtrumētis. hoc cui folles adhiben tur alio greci nomiē appellāt Vt au tem organum dicatur. magis latiā ⁊ ea vulgaris eſt conſuetudo Quod ergo ait in cordis ⁊ organo. vide= tur michi aliquod organum quod cordas habeat ſignificare voluiſſe. Nō em̄ ſola pſalteria ⁊ cythare cor das habent. ſed quia in pſalterio et cythara propter ſonum ab inferio= ribus ⁊ ſuperioribus aliquid inuen tum eſt quod ſecūdum hanc diſtinc tionem poſſet intelligi. aliud nos in ipſis cordis querere ammonuit. q̇a ⁊ ipſe ſunt caro ſed etiam a corrup tione libera. ⁊ quibus fortaſſe id̄ ad didit organū. nō vt ſingule ſonent.

sed ut diuersitate cōcordissima cōso-
nēt. sicut ordinātur in organo. Ha-
bebūt em̄ etiā tūc sc̄i dī differentias
suas consonantes non dissonantes
id est consentientes non dissenti-
entes. sicut fit suauissim⁹ cāt⁹ ex diu̇
sis q̇dem s; nō inter se auersis sonis
Stella em̄ a stella differt in gl'a. sic ꝛ
resurrectio mortuoꝝ: Laudate
eum in cymbalis bene sonātib⁹. lau
date eū in cymbalis iubilationis:
Cymbala inuicem tāgūt ut bene so
nēt. Ideo a q̇busdam labijs nostris
compata sunt. s; meli⁹ intelligi puto
in cymbalis quodammō laudaē de
um. dum q̇sq; honoratur a ꝓximo
nō a seipso. ꝛ inuicem honorantes
dant laudem deo. Ne q̇s āt cymba
la itelligēt q̄ sine aīa sonāt. ideo pu-
to additū in cymbalis iubilationis:
Iubilatio nāq; id est ieffabilis laus
non nisi ab anima ꝓficiscitur: Nec
p̄tereūdum existimo qd̄ musici do-
cent ꝛ res ipsa māifesta est. tria esse
genera sonoꝝ. voce. flatu. ꝛ pulsu.
Voce ut est p̱ fauces ꝛ arterias. siue
organo aliquo cātātis hoīs. flatu si
cut p̱ tibiam vel quid eiusmodi. pul
su sicut p̱ cytharā vel q̇d eiusmodi.
Nullum itaq; gen⁹ hic p̄t'missuz est
Nam: vox est in choro. flat⁹ in tuba
pulsus in cytharis. tāq; mēs. spirit⁹.
corp⁹. s; p̱ similitudiēm nō ꝓprietas
Nō ḡ ꝓposuit ei⁹ in sanctis laudate
dn̄z qb⁹ hoc dixit nisi eisipsis: Et in
quibus ut deum laudēt. nisi in seip-
sis: Vos em̄ sancti eius inq̇t vt⁹ ei⁹
estis. sed quā fecit in vobis. ꝛ potē
tatus ei⁹ ꝛ multitudo magnitudīs
eius. quā fecit ꝛ ostēdit in vobis:
Vos estis tuba psalterium cythara
tympanum chorus corde et orga-
num. ꝛ cymbalum iubilatiōis bene
sonātia. vos estis hec omnia. Nich
il hic vile. nichil hic trāsitorium. nich
il hic ludicrū cogitetur. ꝛ q̇a sape se-
cūdum carnem mors est. ōnis spiri
tus laudet dn̄m:

Explicit psalmus cētesim⁹ qn-
quagesimus:

Et sic finitur expositio beati au
gustini episcopi ꝛ doctoris sup ter-
ciam siue vltimā quinquagenā psal
terij ad laudem oipotētis dei:



22



